

quid sibi vendicandi de fructibus Ecclesie ultra sufficientem portionem Rectoris. *cap. de rebus in eod. est de Jure communi in paginis. 12.* *conventio de quibus legitur hac Decretalis secundum Host. num. 2. in verbo Patroni, Joan. Andr. num. 8. in fine in eodem verbo & Abb. in 1. notab. sed laici in Ecclesia nullam de jure possunt percipere portionem, nisi in limite fundationis a Dicoesano fuerit eis reservata, ut est textus in c. *revertens, infra de Jure Patronatus.* Sed hodie Decreto Concilii Tridentini, c. 9. sess. 25. generaliter interdictum est re Patroni Beneficiorum, etiam Communitates, Universitates, Collegia quocumque Clericorum vel laicorum exstant in perceptione fructuum, proventuum, obventionum quoruncumque Beneficiorum, ullatenus ullave causa vel occasione se ingerant; sed illos libere Rectori seu Beneficiario, non obstantes etiam quacumque consuetudine, distribuendos dimittant; & infra. Si locus fecerint, excommunicationis & interdicti penis subjiciantur & dicto Jure Patronatu ipso jure privati erudant. Quo Decreto sublata est supra dicta differentia quam hic ponunt Doctores inter Patronos Ecclesiasticos & laicos. Nam quoad omnes derogatum est consuetudine, secundum quam Patroni in fructibus Beneficiorum se ingerunt. Et dispositio hujus Decretalis in hoc corrigitur & in aliis multipliciter ampliat, ita ut ex Sacre Congregationis Sententia prohibeatur etiam sit Patroni Beneficiorum bona eorundem conducere; & vericulum illum si *facti fuerint*, Sacra Congregatio declaravit necdum ad clausulam immediate precedentem; sed etiam ad Superiorem esse referendum, ita ut Patronus Beneficiorum in ejus se fructibus ingerens, incidat in penam excommunicationis & privationis positam eo Decreto. Torum tamen quod ibi dicitur de perceptione fructuum quam faciunt Patroni, censuit de dolosa occupatione esse intelligendum; nam ubi non est dolus, ibi non cadit delictum.*

11 Unde oritur dubitatio, an prohibitio Concilii, ne Patroni in Beneficiorum de fructibus ingerant, habeat locum in parte Rectoris qui est de familia; & Patronatum non habet, licet possit mortem Patroni ad eum spectare debeat ex provisione fundatoris, praesertim cum fructus quos accepit filio Rectori restituerit: responsum est non habere locum. Postquam resolutionem cum ex facto concordato proponeretur, quod pater Rectoris erat principalis patronus & exegisset etiam antequam filius ejus Rector esset & post ejus obitum integrum annum centum quindem ducatorum, nomine proprio, quorum ducatorum octo debebantur Ecclesie. Dubitatum fuit, an haberet locum hoc casu Concilium, d. c. 9. & similiter responsum est non habere locum, quia census erat sibi communis cum Ecclesia, unde fit interpretatio ut jure suo de non in fraudem exegerit, ad hoc lege Merito, ff. *pro socio* cum aliis adductis per Romam. conf. 113. pro decisione num. 1.

12 Tertio nota Patronos vel alios habentes administrationem temporalium, in Ecclesiis Parochialibus teneri & compelli posse ad assignandam congruam portionem Rectoribus ibi restructis, ut hic per Butr. num. 2. in 2. notab. & concedat *cap. de Monachis supra eodem.* Alia remedia ad augendos exiguos Parochialium Ecclesiarum redditus habentur in Decreto Concilii Tridentini, cap. 13. verbi *in Parochialibus, sess. 24.* curare enim debet Episcopus, si per beneficiorum unionem: non tamen Regalarium id fieri non possit, ut primitiarum vel decimarum assignatione aut per Parochianorum similia ad collectas aut qua commodiori videbitur ratione tantum redigatur quod pro Rectoris aut Parochie necessitate degenere sufficiat.

Quarto nota, nullam vel modicam penitiam preparari: quod bene probat littera *ibi nullam vel modicam.* Imo secundum

Abbatem num. 3. interdum deterius est habere modicam penitiam, quam nullam; quia modica aliquando ad errorem perducit, sed proventus ignarus consili alio. Sin modicam intellige, id est modicam sufficientem & infra modicam, alioquin contra, ut in *cap. Nisi non pridem, §. pro defectu supra de rebus.* per quem textum Bald. ibi ait. In Pralato desideratur scientia eminens, competens tamen toleretur, sed nihil sciens debet deesse. Verumtamen Concilium Tridentinum tolerat illiteratos & imperitos Parochiales Ecclesiarum Rectores jam promotos, si aliis sint honeste vite; eisque tantum dari precipit ab Episcopo Coadjutores seu Vicarios & partem fructuum eidem pro sufficienti victu assignari, ut in c. 6. sess. 21.

Ultimo nota, Parochiales Ecclesie non esse ita progredandas fructuum detractionibus, ut non superfit sufficientis portio ad sustentationem Rectoris. Et pondera inconveniens quod hinc sequitur quasi necessarium, videlicet promotio & assumptio imperitorum secundum Anton. de Butr. num. 2. in 1. notab. & Abb. num. 3. quod est valde periculosum Ecclesie. Nam si ceteris ceterum ducatur, ambo in foream dilabuntur, c. *Per in suo supra de atat. & qual. & de Patronum imperitia*; vide quod scripsi in *capite primo, supra de Summa Trinitate & in d. c. Nisi non pridem de rebus.*

Dicitur autem sufficientis portio, non quoad necessaria vite tantum; sed secundum decentiam & qualitatem personae, ut notatur in *cap. Cum gravatum, §. penult supra eodem*; & tenet glossa hic in verbo *Sufficientem*. Host. num. 4. in verbo *Congruus* & alii communiter s. est bona glossa in *cap. conquirente* in verbo *sufficientis supra tit. prox. Imo* secundum glossam hic: portio debet esse sufficientis pro se & suis, ut in c. *quidat 50. dist. qui textus hoc bene probat secundum Abb. hic num. 4. ceterum in hujusmodi decentia arbitrandum habere non sunt nimis laxanda, ut scripsi plene in c. *fra. supra de pens. Cler.* unde cum millio Concilium Tridentinum conjuncte decentiam cum necessitate in d. c. 13. sess. 24. *ibi, quod pro Rectoris aut Parochie necessitate deceret sufficiat.**

Porro quoad pensiones & reservationes fructuum, Sancta Sinodus in *cod. c. 13.* sufficientem assignavit portionem que in Cathedralibus Ecclesiis ascendit ad mille ducatos & in parochialibus ad ducatos centum, dum statuit ut omnes he Cathedralibus Ecclesiis quorum redditus predictam summam ducatorum mille & Parochialibus que summam ducatorum centum secundum veram annum valorem non excedunt: nulla pensionibus aut reservationibus fructuum graventur. Et Sacra Congregatio consultata, an verba illa Concilii: *ducatorum centum*, sint intelligenda juxta morem consueque Regionis; respondit ita intelligenda, die trigesima Martii 1594.

Porro cum sancte memorie Cardinalis Borromeus conquisitus esset apud Sacram Congregationem, quod Parochiales suae Provincie essent gravate pensionibus, ita ut titulari non remaneret centum vel quinquaginta quinque; nec Pensionarii vellent contribuere necessitatibus Ecclesiarum propter clausulas pregnantes in reservatione pensionis: fuit in Sacra Congregatione dubitatum, an esset adhibendum remedium ut Pensionarii omnes cogenter ad raram contribuere, non obstantibus quibuscumque clausulis; & Ordinarius eos ad id compellere valeat. Et Patres censuerunt non constitutum legem generalem hac de re; sed casus particulares considerandos: postea illis providendum, prout sequum videbitur inspecta qualitate personarum & locorum. Et ita Sanctissimus quoque probavit.



DE PRÆBENDIS

ET DIGNITATIBUS.

Cap. Extirpanda, §. qui verò.

SUMMARIUM.

- 1 Parochialium Rectores tenentur personaliter residere eis que non per Vicarios, sed per se ipsos deservire.
- 2 Delegari non possunt ea in quibus electa est industria persona.
- 3 Pastor non est qui peregret alienam partem, sed mercenarius.
- 4 Parochi vocati debent ad subalternum per se ipsos & non per substitutos omnia mania Parochialis.
- 5 Et an sint tolerandi ut per substitutos suppleant in aliquibus casibus & in quibus.
- 6 Parochus tenetur ad residentiam, licet redditus Ecclesie sint valde tenuis.
- 7 Imputandum est ei qui beneficium tenens acceptavit.
- 8 Parochus non excusatur ad residentiam ex eo quod fructus omnes sint alteri reservati & nihil remaneat pro Rectoris.
- 9 Parochi inopie subveniendum est ordinario vel extraordinario auxilio.
- 10 Sed Decreta de residentia interim suscipiendi non debent.
- 11 Residere tenetur Parochus, etiam si essent in illa Parochia tres tantum vel quatuor tituli.
- 12 Parochi tenentur habitare in domo Ecclesie Parochialis, ac si domum non habent, debent aliquam conducere, saltem intra limites Parochie.
- 13 Ex causa tamen quoadque permittuntur habitare in aliis pariter infra limites Parochie, num. 17. & seqq.
- 14 Parochus residens in Civitate in qua sita est Parochialis, licet extra Parochiam limite, non tenetur ad fructuum residentiam & num. 16.
- 15 Cognitum tamen est residere in domo Ecclesie vel si non habet in propinquo infra limites Parochie.
- 16 Parochus justus in a libas Parochialibus residere, nisi pariter, multari potest ab Episcopo.
- 17 Episcopus permittit potest ad Parochos qui neque ex fructibus adeo construere nec alias intra Parochie fines conducere potest, inhabitat domum in viciniori Parochia sitam.
- 18 Rector duarum Parochialium unitarum, qui permittentibus Episcopi residet in domo a Parochianis constructa, in Castro extra limites utriusque Parochie fructus facit suos.
- 19 Et permittitur ita peregret arbitrio Episcopi: dum tamen domum adificat prope alteram Ecclesiam, atque aliat viciniorum que eorum annuam exerceat.
- 20 Parochiani vocati possunt ad contribuendum pro edificandis a libas Parochialis Ecclesie cuius fructus summam quinquaginta ducatorum non excedunt.
- 21 Ecclesia Baptismalis, licet non sit curata, tamen requirit personalem residentiam & est incompatibilis cum Canonica vel Parochiali.
- 22 Cancellaria inter signa Ecclesie curatae precipue attendit an an ea sit fons Baptismalis.
- 23 Plebaniam obtinens, ad quam parvi habitandi necessarii sunt deferendi, debet tempore collationis attingere annum vigesimum quintum & extra annum ad Sacerdotium promoveri.
- 24 Parochiam obtinens annexam Dignitati vel Præbenda, tenetur in majori residere & Parochiam deservire per Vicariam perpetuam.
- 25 Præbenda ratione Ecclesie in qua sita est, dicitur major Parochialis.
- 26 Beneficia duo incompatibilia obtinens, potest residere in quo maluerit, si sit aequalis; alius residere debet in majori & num. 30.
- 27 Cura animarum ceteras omnes superat & excellit.
- 28 Residentia in beneficiis non curati, est de jure positiva.
- 29 Parochialis perpetuus & accessorius unita, mittit nomen Parochialis & esset membrum beneficii cui est annexa & num. 36.
- 30 Nec in ejus collatione requiritur consensus, num. 39.
- 31 Parochiales duas unitas obtinens & praepositarum curatam ex dispensatione, tenetur residere in praeposita tanquam in digniori.
- 32 Parochiales duas obtinens aequè principaliter unitas, potest eligere in qua maluerit residentiam, si per omnia sint aequales.
- 33 Alias residendum in digniori, aut si id non consistit in frequentiori & in ea qua est intra Urbem.
- 34 Unio Parochialis ad vitam non liberat obtinens, quin tenentur se promovendi facere & residere in eis.
- 35 Sardinia injala Parochiales unita Canonice cathedralem postea destructam, an obligat ad residentiam.
- 36 Sardinia injala Parochias ad primam statum reduxit Pius V.
- 37 Parochiales duas, quarum una est alteri perpetuo & accessoria unita, altera vero habita tantum curata, an requirant residentiam & sint incompatibiles cum alia Parochiali & num. seqq. usque ad num. 53. & num. 56.
- 38 Beneficium nullum requiritur ut quis possit habere personatum cum cura & Præbendam cui sit annexa Ecclesia Parochialis.
- 39 Beneficiorum incompatibilium pluralitas cur sit prohibita.
- 40 Parochiales duas obtinens non tenetur alteram dimittere, si una ex his unita sit Dignitati vel beneficio simpliciter perpetuo & accessorio.
- 41 Consuetudo immemorabilis non residentiam in Parochialibus sublata est a Concilio Tridentino tanquam corruptela.
- 42 Parochialis habitus tantum curata residentiam requirit & est cum alia Parochiali incompatibilis & num. 45.
- 43 Parochialis habitus, an sit incompatibilis cum Cathedrali.
- 44 Cancellaria sitas circa collationem Parochialis habitus curata & num. 47.
- 45 Gregorius XIII. Declaratio circa incompatibilitatem Parochialis habitus tantum curata.
- 46 Episcopi Julicenses est, an beneficium sit curatum habitus tantum, nec ne.
- 47 Beneficium habitus tantum curatum regulatur ad curatum actus, si subdit fieri revertens Parochianorum, alius secus num. 53.
- 48 Episcopi Civitatis ad hostibus captivata, alteri Ecclesie est praesentanda.
- 49 Officium pasceudi cui innititur obligatio residentiae, cessat quibus deficientibus.
- 50 Dignitatis non videtur populus statim reversurus.
- 51 Potentia proxima actus in favoreabilibus habetur pro actu.
- 52 Rector Parochialis habitus ab Episcopo Seminario unita, an tenetur residere in novo pago infra limites ipsius Parochialis constructi & num. seqq. usque in finem.
- 53 In Parochialis extinctum per recessum Parochianorum, revolet per novorum Parochianorum habitatorum.
- 54 Parochialis habitus non potest ab Episcopo uniri Seminario.
- 55 Parochus tenetur residere in Parochiali habitus, si sit sicut ut residet Parochiani.
- 56 Unio ad initio collata & effectum sortita, non rescinditur

Deinde certum videtur siue novus pagus fuerit constructus intra limites Parochie antiquae, siue non; nihilominus Rectorem non esse cogendum residere in novo pago, tenetur enim potius residere apud Ecclesiam antiquam & in aedibus Parochialibus, ut alias censuit S. Congregatio quae aliquando etiam Parochiam indultit ex rationabili causa & ad tempus limitatum, ut possint domum paternam inhabitare intra limites Parochie existentem, ut patet ex dictis supra num. 12. & seqq. Quin imo Ecclesia Parochialis potest agere ad demolitionem Ecclesie, seu Capelle infra Parochie limites constructe, ut est textus in c. Curam de off. deleg.

fuisse legitime translata ad Ecclesiam noviter edificatam. Quo casu omnia iura pertinentia ad Ecclesiam translantam, pertinent ad Ecclesiam in qua facta est translatio, & hoc diximus 16. q. 7. c. Abbat in fine, & ibi gl. de verb. signif. glou. un. in c. Si quis vult 16. q. 7. Joan. Andr. in cap. Cum persone, & ibi etiam Anclur. in 13. not. de privi. in 6. Rota apud Card. Seraph. dec. 1149. num. 26. alias enim Rector non esset solutus obligatione residentie apud priorem Ecclesiam. Quo tamen nec factum est, nec allegator factum fuisse Ideoque non videtur concedenda Episcopo remissoria, quia probatio constructionis intra vel extra limites, quoad hoc nihil relevaret, l. Ad probationem, C. de probat. Seraph. decif. 1364. numer. 2. Caputque decif. 66. par. 3.



DE PRÆBENDIS

ET DIGNITATIBUS.

Honorius III. Abbati & Priori S. Genovesa.

CAPUT XXXII.

Licet vobis dixerimus scripta nostra, ut magistro N. Eboracenn. Archidiacono in sacra pagina cupienti studere, proventus suos Ecclesiasticos faceretis integrè ministrari: Nolumus tamen, ut quotidianas distributiones, quæ tantum residentibus in Ecclesiis, & his qui intersunt horis Canonicis, exhibentur, ei tribui faciatis.

SUMMARIUM.

1. Absens in studio Theologiae percipit fructus præbende, non autem distributiones quotidianas.
2. Dispensatus super fructibus in absentia percipiendis quotidianas distributiones non percipit.
3. Fructuum appellatio non venit distributionibus quotidianis.
4. Nisi materia largi interpretanda iudicet.
5. Distributiones quotidianae sunt redditus casuales & incerti.
6. Dignitates obtinentes licet possint studiorum causa ab Ecclesia abesse.
7. Episcopus debet concedere Canonicis licentiam non residendi ad quinquaginta studiorum causa, ac si rennerit cogi potest à superiore.
8. Doctores & studentes tam in Theologia, quam in iure Canonico in Universitate gaudent privilegio de percipiendis fructibus in absentia & num. 129.
9. Etiam si præbenda sita sit in Cathedrali ejusdem Civitatis. Et quidem in decretis in Ecclesia, num. 115.
10. Indultia Apostolica de non residendo studiorum causa non subtrahunt, nisi decedat consensus Ordinarii loci ubi beneficia consistunt.
11. Causa legitima absentie fingit quæ haberi pro residente non autem pro divinis interessente.
12. Specialia duo non debent concurrere circa idem.
13. Privilegium partim favorabile & partim odiosum debet restringi quantum præjudicat alteri vel cultui divini.
14. Distributiones quotidianæ cur insituta.
15. Canonici & Beneficij obtinentes in Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis, an & quibus casibus percipere possint in absentia redditus beneficiorum suorum & n. seq. usque in fin.
16. Fructus beneficiorum non debentur non residentibus, nisi in casibus in iure expressis.
17. Fructus præbende & distributiones quotidianæ in quibus differunt.
18. Distributiones quotidianae crescant, etiam si dividantur in fine anni, dummodo divisio fiat pro rata servitii & absentie nihil percipiunt.
19. Seminario Clericorum non est contribuendum ex distributionibus quotidianis.
20. Inval. Qu. Extravag. Cum nonnulli c. ap. 1. de grad.
21. Dignitates, Canonicatus vel portiones obtinentes in Ca-

- thedralibus vel Collegiatis tenentur personaliter residere.
22. Canonici de iure communi in absentia fructus præbende non percipiunt.
23. Declaratur, num. 15.
24. Residere quid sit.
25. Beneficia ad divinum cultum & Ecclesiasticam munia observanda sunt constituta.
26. Canonici absentes non sunt ipsi iure privati fructibus præbendorum suorum, sed præsumunt ad præscriptum Concilii Tridentini.
27. Canonici non residentes hodie non potest privari titulo, nisi post lapsam iram amorem.
28. Nec est privandi distributionibus, in quibus universi redditus consistunt, quia satis est illi præcat.
29. Distributiones quas percipit absens ultra tempus à Concilio præmissum non accipiunt in presentibus, sed redditus omnes in distributionibus consistunt.
30. Constitutio quæ absentes ultra duos menses privatur Capellanis, quomodo sit intelligenda.
31. Papa amissioni fructuum ob non residentiam non habet locum in distributionibus quas Canonici intersunt iam laetati est.
32. Consuetudo vacandi à servitio chori ultra tres menses facta est à Concilio Tridentino.
33. Etiam si sit rationabilis in Cathedralibus & Collegiatis insistentibus.
34. Et quid in Collegiatis non insistentibus.
35. Statuta Ecclesiarum, quæ longius absentia tempus indulgent, itidem juxta sunt à Concilio.
36. Statutum ut una vel plures horæ interessentes lucratur missam, quæ sit præbendam, amissa distributionibus quotidianis, non valet.
37. Licentia, quam Capitula Cathedralium Hispania ab immemorabili concedere consueverunt, ut Canonici abesse possint, quoad Capitulum visum fuerit, non extendit eia à papa Concilio Tridentino.
38. Licentia vacandi à servitio Ecclesie ultra tres menses, nec Episcopi, nec Capitulum concedere potest etiam ex rationabilibus causis in iure non expressis.
39. Canonici absentes in studio Theologiae non percipiunt fructus præbende ante c. Super specul. de Magistr.
40. Canonici facultatem non habent distributiones, aut fructus

41. Dignitates obtinentes in Cathedrali sine aliis fructibus tenentur residere non obstante contraria consuetudine.
42. Canonici absentes à servitio Ecclesie tenendi sunt, licet sint presentes in civitate ubi Ecclesia consistit.
43. Canonici ipsi sua obligationi satisfaciunt quoad servitium Chori & Altaris, tamen non possunt tuta conscientia ordinari abesse à Capitulo.
44. Statutum vel consuetudo, quæ multiantur non interessentes congregat. capitularibus, valet.
45. Canonici an possint sumere dies absentie permisso in diebus capituli seu congregationis capitularium.
46. Canonici absenti pro defensione iurium Ecclesie Parochialis in qua est intitulus non debentur fructus sui Canonicatus.
47. Aeris intemperies, an excuset Canonicos à residentia, & num. 57.
48. Indultum capituli Casurien. vacandi quinque menses singulis annis à servitio Ecclesie ob aeris intemperiem.
49. Canonici ita demum tres menses singulis annis abesse licet, si hoc habeat statutum vel consuetudo Ecclesie.
50. Constitutiones quæ longius servitii tempus requirunt, quàm novem mensium, præferuntur à Concilio Tridentino.
51. Canonici qui majori servitio Ecclesie quàm novem mensium sunt assueti si non residerint, subjacent penis Concilii Tridentini.
52. Indultum vacandi tres menses à servitio Ecclesie non conceditur Canonicis majori servitio assueti.
53. Canonici ut abesse possint tres menses à Concilio permisso, nec Episcopi, nec Capituli licentia, nec causa requiritur.
54. Et tunc absentes pro negotiis privatis aliis non sunt multandi, quàm amissione quotidianarum distributionum & num. 92.
55. Canonici non possunt à servitio Ecclesie abesse ultra tres menses siue continuos, siue interpellatos.
56. Nec omnes simul abesse possunt, sed ea tantum quota pars que videbitur arbitrio Episcopi & Capituli.
57. Hora cuiuslibet diei non sunt computanda ad faciendos tres menses absentie, sed dies integri absentie tantum.
58. Statutum in Canonicis in uno ex novem mensibus residentia nisi hora quotidie intersit est contra Concilium Tridentinum, non tamen prædicti incidunt in panam quasi absint ultra tres menses.
59. Pandotionum privilegia, quibus ultra tres menses Canonici abesse licet, an Concilio Trident. derogaverit.
60. Statuta à Sede Apostolica confirmata, ut Canonici abesse possint ultra tres menses, an sint sublata à Conc. Trid.
61. Et quid de statuto ut Canonici semel in vita per annum abesse possint Hierosolim proficiscendi causa.
62. Et quid in statuto conjunctum à Cardinali auctoritate Apostolica.
63. Et quid in confirmatis à Papa in forma communi.
64. Canonici Regularis possunt cum licentia suorum superiorum ex rationabili causa abesse per id tempus, quod ipsi permittunt.
65. Portiones faculares in Collegiatis regularibus non lucratur in absentia distributiones quotidianas, nisi ex casibus in iure expressis.
66. Nec ipsi absentibus debentur fructus nisi pro tempore, quo ex statuto seu consuetudine Ecclesie ipsi abesse licet, modo non ultra tres menses.
67. Abbas Vallis umbrosæ tenentur residere in loco Abbatie vel Prioratus licet ibi non possint Collegium Monachorum sustentari.
68. Canonici vel dignitates obtinentes cum Parochiali ex dispensatione Apostolica tenentur in Parochiali residere & tunc lucratur fructus Canonici vel Dignitatis.
69. Beneficium annexum induit naturam beneficii, cui perpetuus & accessorius est unitum.
70. Dignitates, quibus perpetuus & accessorius annexus est Canonici, non tenentur nisi ad residentiam Dignitatis insistentem.
71. Secus in obtinentibus Dignitates cum Canonici ex consuetudine vel dispensatione Apostolica.
72. Canonici duo in servitio Episcopi existentes percipiunt in absentia fructus præbende.
73. Canonici familiares Papæ percipiunt fructus in absentia non obstante contraria consuetudine.
74. Canonici studentes in publica Universitate integri percipiunt in absentia fructus præbende, modo ultra quinquaginta non absint.
75. Item in decretis etiam in Ecclesia, numero 115.
76. Canonici in illis casibus in quibus in absentia lucratur distributiones quotidianas, multo magis percipere debent fructus præbende.
77. Canonici abesse non licet à servitio Ecclesie, nisi ex casibus in iure expressis, quæ an vere subsint Episcopi est iudicium.

78. Distributiones quotidianas non recipiunt, nisi qui in horis interfuerint.
79. Consuetudo percipiendi quotidianas distributiones in absentia non valet.
80. Etiam si introduca fuerit post Constitutionem Bonif. VIII. Et etiam si immemorabilis.
81. Statuta ut distributiones quotidianae debeantur non interessentibus sublata sunt à Conc. Trid.
82. Statutum Ecclesie Compostellanae, ut Beneficij qui diu interfuerint, habeantur pro presentibus, an valet, & num. 166.
83. Distributiones non lucratur absentes, licet per substitutum interserant.
84. Dignitates, non obstante contraria consuetudine, tenentur per septias celebrare Missas, sicut cetera officia.
85. Canonici an liceat sese invicem substituere.
86. Consuetudo secundum quam qui non sunt Presbyteri, licet interserant, distributiones non lucratur seroanda est, nisi per annum gratis interserit non est sublata à Conc. Trid. nec à Constitutione Pii V.
87. Statutum Capituli, ut recipiendi in Ecclesia non ordinari sine Capituli licentia & sic ordinati gratis per triennium interserant, valet.
88. Et servari debet etiam in proviso de Dignitate.
89. Canonici Basilicae S. Petri tum de iure communi, tum ex Concilio Tridentino tenentur ad præsentiam in Choro.
90. Canonici non possunt mutuum remissionem sanctuarum facere & portionem quam sibi invicem remiserant, dehis Episcopus applicare fabrica Ecclesie vel alteri pro loco.
91. Et quid postquam portiones non residentium percipiunt.
92. Canonici absentes tres menses à Concilio permisso, percipiunt fructus præbende, sed non distributiones quotidianas, non obstante immemorabilis.
93. Statutum à Canonici generaliter juratum, quo centum dies abesse licet, & distributiones lucrari, sublata est à Concilio Tridentino.
94. Consuetudo quæ absentes tres menses à Concilio permisso amittunt etiam fructus massæ grossæ, est laudabilis, & observanda.
95. Canonici, qui possint causa absuerint, an debeantur quotidianas distributiones.
96. Studiorum causa absentes lucratur fructus præbende amissa distributionibus quotidianis.
97. Et quid si redditus omnes in distributionibus consistant, & n. 124. & seqq. Et n. 129.
98. Episcopus Canonicus, dum abest ex causa visitationis suæ Diocesis, distributiones quotidianas non lucratur.
99. Familiares Papæ non percipiunt in absentia distributiones quotidianas.
100. Nec privilegiati super fructibus in absentia percipiendis.
101. Etiam si in rescripto dicatur, ut pro presentibus habeantur.
102. Secus si dicatur, perinde ac si divinis interessent, numer. 103.
103. Distributiones debentur his qui verè divinis intersunt, non autem his qui ficti, aut juris interpretatione.
104. Distributiones quotidianae non debentur Inquisitoribus, nec Examinatoribus synodaliibus, nec his qui voluntarii se confessionibus audiendis exponunt.
105. Nec familiares Episcopi eum comitantibus, aut illi interserentibus, dum Missam particulariter celebrant.
106. Nec duobus Canonicis in servitio Episcopi existentibus, nisi redditis universis distributionibus consentent, & numer. 124.
107. Nec associantibus Episcopum volentem audire Missam in Ecclesia non Cathedrali.
108. Canonici tenentur assistere Episcopo etiam non pontificaliter celebranti, si ita se habeat consuetudo, sed distributiones non percipiunt.
109. Distributiones non lucratur interserentes Episcopo in Matribus velandis, in examine promovendorum, in Seminario, aut in Congreg. S. Officii.
110. Nec comitantes Episcopum in visitatione Diocesis.
111. Nec Canonici Vicarius Episcopi, non obstante immemorabili consuetudine.
112. Nec electus iudex in vim rescripti, aut iudex Synodalis, nisi absit pro exequendis sibi commissis.
113. Nec assistens Congregationi rerum spiritualium.
114. Nec sermocinantes ex debito sui officii.
115. Theologalem præbendam obtinent in diebus festis, in quibus non legitur, potest esse excusare à servitio Chori, & fructus percipere amissa distributionibus quotidianis.
116. Sed in diebus, in quibus legitur, habetur pro presentibus & interserente, ex declaratione Gregorii XIII.
117. Non tamen tenentur presens matutinis, quæ ex consuetudine Ecclesie celebrantur vespere præcedenti.
118. Distributiones non lucratur Canonici Missam celebrant.

unionem accessiorum extinguitur titulus Parochialis...

Dicitur peritus, quia uno ad vitam non eximit a residentia...

34 Quid in Parochialibus unitis olim Canonice Cathedralium Ecclesiarum...

Coniuncti hic casus in Regno Sardiniæ in quo sunt tres Archiepiscopus...

35 Porro edita per Pluv. V. Bulla quia cavebatur obnoscens...

In Insula Sardinia Parochiales annexas Canonice Cathedralium...

36 Quæro de questione facti, Raphael Miralles Hispanus habet...

Quæro de questione facti, Raphael Miralles Hispanus habet in Diocesi...

37 Consultum idem Raphael Sacram Congregationem Concilii...

Et quidam quoad Ecclesiam Sanctæ Mariæ, res videtur carere...

cura & prebendam cui sit annexa Ecclesia Parochialis, atque...

Rationem assignat hie Innoc. num. 1. in verbo Prebenda...

38 Quia in re non est opus prolixiori disputatione, quia jam...

Qui verò ad Ecclesiam Sancti Salvatoris cum immemorabili...

Et quidem Ecclesiam habuit tantum curatam requirere...

Contrariam verò opinionem pro qua videtur textus expressus...

Et hanc esse communem opinionem testatur Butr. in dictis...

38 Eandem sequuntur recentiores fere omnes, Alphons. Hojed...

39 In hoc opinioem conflictu cum tempore Cardinalis Aleisii...

40 In hoc opinioem conflictu cum tempore Cardinalis Aleisii...

Ecclesia Cathedrali iuxta Decretum Concilii Tridentini...

44 Parochiani, & Sanctus Sua aliis visa est idem sentire...

45 Deinceps verò Sacra Congregatio secundum Sanctissimi Sententiam...

46 Inter has opiniones oppositas adest opinio quædam mediâ...

47 Neque huic sententiæ obstat, imò potius faveret textus...

48 Accedit etiam quod Auctores qui sentiant Ecclesiam habuit...

49 Hec autem ratio non militat ubi est spes proxima reversionis...

50 Præterea uno in dubio præsumitur facti contentio Ecclesie...

51 Accedit quod etiam ab ipso fuisse videtur, tamen non...

52 Ex quibus omnibus videtur respondendum, Parochialis habitum...

nee residentiam requirere, nisi subit spes ut brevi populus...

Pagus Cortuladi Militem. Duceffis, ob aeris intemperiem...

Episcopus Militemis è converso negat dictum Redorem...

Et primo opponit unionem, quam fecit de dicta Parochiali...

Deinde opponit novam pagam minime fuisse adductam...

Certum est primo unionem ab Episcopo factam esse nullam...

Ratio differentie est, quia per non residentiam non inferret...

57 Præterea uno in dubio præsumitur facti contentio Ecclesie...

58 Accedit quod etiam ab ipso fuisse videtur, tamen non...

59 Ex quibus omnibus videtur respondendum, Parochialis habitum...

60 Præterea uno in dubio præsumitur facti contentio Ecclesie...

61 Accedit quod etiam ab ipso fuisse videtur, tamen non...

62 Ex quibus omnibus videtur respondendum, Parochialis habitum...

Prosperi Fagnani in tertium Librum Decretal.

- 186 isse fere ex eo quod devenerit ad casum a quo incipere non potest.
- 187 Uno in dubio presumitur perpetua ubi facta contemplatione Ecclesie.
- 188 Uno Parochialis habitu facta Seminario, quavis fuisset valida, tamen esset dissolvenda ob redditum Parochianorum.

3. **Q**ui verò. Privatus est Parochialis Ecclesia Rector in ea non residens, nisi sit annexa Dignitati vel Prebendæ, quo casu debet ibi perpetuo habere Vicarium. Ex in hunc prohibet in fraudem Rectoris de ipsius fructibus pensionem in beneficium dari. Hoc dicit secundum Joannem Andream & Doctores committere; vel secundum alium intellectum. Non residens in Ecclesia Parochiali non ponitur Vicarium, quando est annexa beneficio maiori, privatus est ea. Et quatuor facit. Primum statuit. Secundo excipit ibi nisi. Tertio ponit ibi alioquin. Quarto fraudem damnat, ibi. *Ulad.*

- 1 Nota primo, generalem regulam secundum Hostiensem & Doctores, videlicet Parochialium Ecclesiarum Rectores teneri personaliter residere eisque non per Vicarios, sed per seipsos deservire, ut hic est casus in cap. *Nonnulli*, supra tit. *prox.* ratio est secundum Abbatem num. 2. quia videtur electa industria persone ideoque non potest cura alicui delegari per regulam, cap. *fin.* §. *is enim*, supra de *Offic. Deleg. & cap. de qui 2* se ibi glossa penult. *cod. tit. lib. 6.* confert optimus textus in *lego Inter artifices*, ff. de *solut. formalis*, ratio est, quia omnes quibus animarum cura commissa est, tenentur parere juxta preceptum Domini ad Petrum Joannis XX. Concilium Tridentinum cap. 1. *sess.* 23. patendi autem Officium Communitatis personale est, nam qui Gregem alienum pascit, non est Pastor; sed mercedarius ad quem non pertinet de ovibus, ut patet Joano X. cap. *adversitas*, §. *Hoc tunc* servandum 7. *quæst. 1.* & cap. *Tres personas* 23. *quæst. 4.* Dixi in cap. *Ex parte* num. 38. & *sess. & num. 49.* supra tit. *prox.* ubi etiam latissime probavi a num. 20. *quæst. in finem*, obligationem personalis residentie in beneficium curati esse de Jure Divino, licet Concilium Tridentinum hoc formaliter non definierit, ut ibidem probavi a num. 17. *usque* a num. 20.

Ceterum si Curati resident, & curam per seipsos exercent, non repugnat cas. Reg. quin aliqua munia in certis calibus possint alia demandare. Unde nonnulli obnoxiotes Parochiales Ecclesie Archipresbiteratus, & Preposituras nuncupatas, cessi in eis residerent, cum tamen essent plerique ex eis Portionarii, & literis humanioribus præditi, obtinuerunt ab Ordinato residentes in Parochialibus, curam animarum non per se, sed per substituutos exercent, factis esse essentes, si, substituutos exercitibus curam, adfuit, & munia substitutos exercenda permittebant. Quæsitum fuit, an id ipsi, præcipue ex licentia liceret. Sac. Congregatio censuit cogendos esse hujusmodi Rectores ad subeundum per seipsum, & non per substituutos omnia munia, ad quæ Parochi tenentur; tolerandos autem ut per substituutos supplere in illa tantum calibus, in quibus expressis verbis Canonum, ætate nempe Concilii permittitur est Parochi, ut per Vicarios coadjutores, vel substituutos possint officio suo fungi, quales sunt *sess. 5. cap. 2. vers. Archipresbiteri* *sess. 6. c. 2. in fin. sess. 21. c. 4. in princ. sess. 22. de Sacrif. Missæ. c. 8. in fin. sess. 23. c. 1. vers. Eadem omnia*, c. 1. de *reform. Matrim. sess. 24. vers. Qui aliter*, & *vers. Præterea eadem*, & eadem *sess. c. 4.*

- 2 Extenditur primo supradicta regula, ut habeat locum etiam in fructibus Parochialibus sine valide tenentur, puta viginti solidorum, nam nihilominus Parochi tenentur personaliter residere, ac per seipsum deservire, c. *Conquerente* supra de *Clér. non resid.* & notat Host. in *c. fin. n. 5. cod. tit. Impunitandum* enim est ei, qui beneficium tenuit acceptavit, ut dicit Abb. in *c. Conquerente* n. 6. Quin imò hoc venit ad eum locum, etiam Parochialis nullo habeat fructus. Unde præsupponitur in Sac. Congregatione Concilii, An excusetur quis a residentia, quia fructus omnes Ecclesie referantur tenuentur, & nihil remanet pro Rectore, vel quia Ecclesiam Parochialem parum a civitate distantem obtinet, vel quia operam litteris dat in eadem civitate; ita tamen ut singulis diebus Dominicus, sit in Ecclesia, vel ob aeris intemperiem, quo loco in quo mansurus est Parochus, & necesse habeat ejus opera pro Magistro Grammaticæ, Responsum est in nul-

- 3 lo in his calibus excusari. Subveniendum est tamen inopie Parochi ordinario, vel extraordinario auxilio, c. *Licet infra* de *censib. c. Uno* 10. q. 3. l. 1. *cod. nota vidual. l. His quoque*, c. *de altavim.* & notat Host. in *d. c. Conquerente* n. 1. in *ver. Vita necessaria*. Et hoc est expressum in Decreto Concilii Trid. c. 13. *vers. In Parochialibus, sess. 24.* ut si quis dicit supra in principio Capituli num. 13.

Hinc cum Canonici Collegiæ Ecclesie, qui Canonici & Parochiales tenent redditus obinebant, peterent dictæ tenentur

- 60 Ecclesia Parochialis potest agere ad demolitionem Ecclesie seu Capelle infra Parochia limites constructe.
- 61 Transactio Ecclesie, omnia jura ad eam pertinentia transferunt in Ecclesiam ad quam facta est transactio.
- 62 Remissio non datur ubi articuli sunt irrelevantes.

tentur provideri per uniones, & interim non compelli ad residendum in Parochialibus, prout compellebantur in vim Bullæ Pii V. & Concilii Provincialis Mediolanensis. S. Congregatio censuit non posse suspendi Bullam Pii V. & Decretum Synodi Provincialis, sed scribendum ad Episcopum ut unionibus provideat.

Extenditur secundum eadem regulam, ut habeat locum etiam si numerus animarum sit valde exiguus.

Unde S. Congregatio consulta, An Parochus teneatur residere, etiam si residit in illa Parochia tres tantum, vel quatuor incolæ respondit teneri.

Extenditur tertio, ut nec sufficiat Parochum ubilibet residere infra limites Parochie, sed oporteat cum habitare in aedibus Parochialibus, ut supra fuit solum.

Ex in specie cum multi Parochiales Ecclesiarum in Diocesi Eboracensi tamen propriæ aedes Parochiales haberent, vel saltem percommodè possent alias conducere intra limites Parochie, tamen aut extra Parochiam, aut extra prædictas aedes inhabitarent, & Episcopus quæsitisset quod agendum i. Sacra Congregatio censuit Parochos teneri habitare in domo Ecclesie Parochialis, ac si domum non habeant, debere aliquam conducere, saltem intra limites Parochie.

Et rursus petente Proposito Piscienni, declarari. An possit compellere Parochos ad habitandum aedes conjunctas Ecclesie Parochialibus. Sacra Congregatio censuit posse compellere. Si tamen aliquis casus occurrat, qui rationibus specialibus innotuit, rescribendum ad S. Congregationem. Unde Vincencio Taurello postulante sibi concedi, ut possit habitare in domibus paternis, eo quod in domibus Ecclesie Parochialis factis commodè, cum senex esset, habitare non possit, præsertim cum Ecclesia esset vicina domibus paternis, & in Ecclesia etiam coadjutorum sustentaret, censuit scribendum Episcopo, si vera sit narrata, permittendum oratorum manere in domibus paternis, dum tamen, & ipse curam animarum exerceat, ut debet.

Ceterum cum fuerit quæsitum a Parochio Ravennatensi, An Parochialem Ecclesiam intra civitatem obtinens, & in aedibus Ecclesie, seu intra limites Parochie aie, nocturne non residens, eidem tamen Ecclesie in divinis interveniens, teneatur tanquam non residens ad fructuum restitutionem, Responsum non teneri, eo quod cogendum in postquam residere in domo Ecclesie, vel si non habeat in propinqua intra limites Parochie.

Et iterum orta dubitatione, An Rector Parochialis Ecclesie habens domos Parochiales factas ad residentiam habitandum in domibus propriis ipsius Rectoris, intra tamen Parochie limites constitutus, ita ut alia non faciat fructus suos, sed teneatur ad restitutionem perceptorum: Responsum est teneri habitare in aedibus Parochialis Ecclesie, non tamen amittenda fructus, si intra Parochia fines residet, nisi ab Episcopo fuerit iussus in aedibus Parochialibus residere; Quo casu si id non præstiterit, nullatenus potest ab Episcopo 6. Aprilis 1606. Verum cum Parochialis Sancti Pauli Calli Majoli Ferreræ Diocesis sita extra, & propè dictam Callum, & triginta quatuor familias sub se habens, domo & habitatione caeteret, nec ex ejus fructibus, qui vix ad quadraginta aureos ascendunt, domus pro Rectore edificari possit, nec ulla alia infra limites Parochie in propinquo esset, que ab eo conducere, ac propterea idem percipere, ut sibi liceret habitare in alia parte Calli; quæ quæ intra limites Parochialis, in qua sperabat se domum conducere posse: Die 16. Junii 1607. S. Congregatio censuit secundum ea quæ proponuntur, Episcopum suo arbitrio posse permittere, ut Resitor, qui neque ex fructibus aedes in Parochia constituitur nec alia intra suæ Parochie fines conducere potest, inhabitet domum in altera Parochia viciniori ejusdem Calli ruris; atque ita in sua Parochia animarum curam gerat, fructusque suos faciat, perinde ac si in Parochialibus habitaret; idque donec alia ratio, qua residentie ad amulum favoriet, possit intrin.

Similiter Michael Angelus Rector Parochialium unitarum in territorio Calli Delci ejusdem Ferreræ Diocesis petit declarari posse se in dicto Castro residere, quod per spatium tertie partis studii a finibus Parochie distat. Primo, quia aliam domum non habet, præter illam, quam ibi ad hunc effectum olim Parochiani edificaverunt, quæ vix ab immemorabili tempore alii Rectores omnes inhabitant, deinde quia in his que ad curam spectant animarum, promovei potest ibi prædicto, quam infra fines Parochie, distat enim inter utramque Ecclesiam finem, quod media saltem anni parte vadari non potest, ita ut necesse sit per ponsicm transire, qui penes dictum Castellum constructus est. Ac demum

De Præbendæ. c. Extirpandæ. §. Qui verò.

mun quædem Castellum nec januis, nec munitis cingitur, & Rector quodcumque libere exire potest. Die 13. Septembris 1607. S. Congregatio Concilii censuit Rectorem, qui habitans in dicta domo in Castro edificata permittitibus Episcopis permittit, fructus secunde sue. Imò etiam discepit posse Episcopum, si ita Parochianis ambarum Parochiarum unitarum consultum fuit suo arbitrio extirpaverit, permittit ut ibidem manere pergat, dum tamen domunculam propriam illam ex duobus Ecclesiis unitis, cui hibemus, vel alio tempore ob pluviam, & itineris difficultate prædicto esse non potest quam primum edificet; in eaque aliqua parte anni episcopi Episcopi arbitrio, quod ex necessitate Parochianorum, & temporum qualitate pro sua prudentia moderabitur, sicut Presbiterum qui in dicta Ecclesia celebrat, illicque Sacra admittit, & alia munia obest Parochialis.

Nec est omittendum ex sententia S. Congregationis idem remedium, quod ex Decreto Concilii c. 13. *sess.* 24. competit pro augendis redditibus exiguis Parochialium Ecclesiarum per Parochianorum limbalia, vel collectas, compete etiam pro adificatione domus Parochialis. Unde in casu contrarii respondit Episcopum ad contribuendum pro aedibus intra Parochiam adificandis, cum ipse cogitur habitare domum ratiocelam civitate terrarum Parochialium, & Ecclesie redditus non excederet summam sententiam quinquaginta.

Extenditur quarto prædicta regula, ut locum sibi vindicet etiam in Ecclesiis baptismalibus, nam, proposito dubio, an obtinens Ecclesiam baptismalem Plebaniam nuncupatam, teneatur ad residentiam, Exan possit cum ea retinere beneficium Curatum S. Congregatio, licet baptismalem Ecclesia non sit Parochialis, neque Curata ex doctrina Pauli Zabari. Vitali Gonzal. Gomez. tamen quia agit de actu principali ad habitum anime, & sicut ibi factus erectus, & paratus ad baptizandum quibus tenetur, & in ministrando hæc Sacramenta videtur curam præcipue. Cancellaria attendit si in ea adit fons baptismalis, id est, censum teneri ad residentiam, nec posse Oratorum hujusmodi Ecclesiam retinere una cum Canonica, vel Parochiali. Et alibi commissa, An obtinens Ecclesiam baptismalem, cui incumbit sola cura baptizandi omnes infantes oppidi existentes ibi, cura Archipresbiteri, teneatur ad residentiam, præsupponitur quod in Ecclesia Archipresbiteri præter baptismum, alia Sacramenta ministrantur. Die 20. Maii 1507. idem censum tenetur.

Ac demum propositis dubiis, cujus ætatis, & quibus Ordinibus initiatus esse debeat obtinens, vel retinens Ecclesiam Plebaniam nuncupatam baptismalem tantum, an personaliter residere, & an per seipsum deservire conferendum quidam, vel ab aliis non ratiocelam, sed baptizandi per substituutos, attenta prædicta Constitutio Synodi Interpres, que dat regulam recipiendæ, & præbendam Sacramentum baptismi in hac verba, *Interpres in hunc modum: Si quis aliter conceptus esse Plebanus, ad prædictum præbendam, per vice periculum immineat, aut proprii Plebani licentia intervenerit, privilegium tamen Ecclesie Cathedralis a jure rebus præstiterit; Sacra Congregatio censuit si quis baptizandi ad illam Plebaniam necessariam deserantur, eam obtinentem debere tempore collationis attendere viginti quatuor annorum, & infra annum, ad Sacerdotium promovendi, personaliterque residere, & per seipsum ubi legitime impediatur non fuerit, baptizari.*

Sed cum quædam Plebaniam habeat sub se aliquot certas Parochiales, in quibus Sacramentum baptismi non administratur, & adhuc fuerit quæsitum pro clauum intellectu Decretum, an pueri tamen ipsius Plebanie, quam ipsarum Parochialium Parochiani dicuntur necessarii pro baptismo deferendi ad dictam Plebaniam, attenta prædicta Constitutio, si per aliquo tempore alio propter majorem commoditatem arbitrio parentum deferri contingat, Responsum est hujusmodi pueros, secundum ea quæ proponuntur, necessariam deferri ad Plebaniam hujusmodi, ac propterea in ea locum habere superius conscriptam decisionem.

- 24 Secundo nota in ver. *Nisi*, limitationem ad regulam, de qua supra in primo notabili, videlicet ut non procedat in obtinendo Parochialem annexam Dignitati, vel Prebendæ, quia non teneatur in Parochialis residere, sed in majore & Parochialis deservire debet per Vicarium perpetuum, quod expressis habetur in *c. Super* 10. *infra cod. tit. lib. 6.* Unde inter *Abb. hic in d. notab. n. 5.* ut non situm Dignitas, sed etiam prebenda ratione Ecclesie in qua sita est, censetur major Parochialis. Et ob hanc rationem putat beneficium teneri deservire in prebenda, tanquam in majore per seipsum, & in Parochiali per Vicarium. Pro quo facit littera ibi, in *majori Ecclesia*. Ceterum est enim obtinens ex dispensatione duo

beneficia teneri in digniori residere, & alteri per Vicarium deservire, ut sententiæ hic DD. pro hoc limitantes gl. *notabiliter* c. *Non potest* in ver. *Retinere*, infra *cod. lib. 6.* que dicit habentem duo beneficia incompatibilia ex dispensatione posse residere in quo maverit, vel nunc in uno, & nunc in altero, debet enim illa gl. secundum Abb. restringi ad casum, quando beneficia sunt æqualia; sed si unum sit dignius altero, sicut prebenda est dignior Parochialis, sed certè si hoc verum esset, obtinens ex dispensatione prebendam, & Parochialem Ecclesiam, teneretur residere in prebenda tanquam in digniori. Quod tamen est falsum, ut patet in Constitutione Pii V. que incipit, *Capientes*; edita octavo idus Julii 1508. ubi statuitur, ut obtinens ex dispensatione Parochialem, & Canonicatum, vel dignitatem, etiam majorem post Pontificalem, in quibusvis Patriarchalibus, aut Metropolitanis, vel Cathedralibus, seu Collegiatis Ecclesiis teneatur, & obligari sint ad residendum in Ecclesia Parochiali, & ibi in divinis deservendum; ad idque per locum Ordinarios cogi, & compelli possint, ac debeant. Et permittitur ratio illa, cum prima, & præcipue debeat esse curam animarum. Quæ ratio expressis habetur in alia Constitutione ejusdem Pii V. de qua supra num. 25. ubi in principio sic legitur: *Quoniam animarum cura caritas omnia superat, & consilii 3. omnia negotia providere necesse est, ut illi officio bene, non aliter adhibita industria excolatur. Ad hoc c. Quæ sita sunt de ut et qualis.* Acque ita quod spectat ad rem præsentem, dignior habetur Parochialis Ecclesia, quocumque alio beneficio non curato. Et merito. Nam personaliter residentia in Parochialibus instituitur jure divino, ut in decreto Concilii Trid. c. 1. *sess.* 23. & distum est supra in 1. *notab.* in aliis vero beneficiis instituta est ex constitutione Ecclesie, ita ut propiora valeat conferendo in eis non residentem, & fructus in absentia percipiendi, ut est text. in *c. Canonice*, & ibi dicitur n. 18. *sup. de Constat.* cum tamen c. *si fuerit* non residentem in beneficiis instituta sit corruptela, ut dicitur *de re 1.* Vera ratio ratio cur obtinens Parochialem annexam prebendam teneatur residere in prebenda, non est quod prebenda sit dignior, si scilicet a Parochiali consideretur, ut putavit Abb. sed quia beneficium accepto, & perpetuo annexum amittit non beneficium, & induit naturam beneficii, cui est unitum, & est idem illud prædictum ut colligitur ex textu in *c. Residentes* in *fin. infra de Reu. Monachor. Ordinat.* *cod. 257. Facilius talem est n. 15. vers. Præterea igitur*, & dicit Rota *de off. 170. aliam 11. d. rebus Ecclesie non alien.* in *antiquo*, & quod Card. Sereph. *de off. 1508. n. 6. DD. hic de Ductor. ut sicut de d. 3. se ibi dicit n. 3. & 10. c. Licet n. 68. infra cod.* Et hoc respectu in hac Decretali. Dignitas, vel Prebenda dicitur major Parochialis. Fateor tamen verum esse quod dicit Abb. videlicet obtinentem ex dispensatione duo incompatibilia, puta demum posse residere in quo maverit, si sint æqualia. Et ita esse limitandam gl. in *c. Non potest*, sed si unum sit dignius altero, puta Dignitas Curata cum simpliciter Parochiali, quia tenetur residere in Dignitate tanquam in digniori.

Unde orta controversia, An obtinens ex dispensatione Apodictica dam Parochialis unitas, in quibus non residet, nec aliquam resident, & Preposituram Collegiatam, cui annexa est cura animarum, & cum qua habet residere, possit dicit Parochialis, & scilicet in quibus residere, præcipue cum Ordinarius per electa omnes monetur ad residendum in suis Parochialibus Ecclesiis sub pena privationis, S. Congregatio censuit non posse privati ex executione Curæ preposituræ incumbit personis ipsas Prepositi, in quibus non exercuit, & exercet. Quo modo si nullus residere in Preposituram esse cogendum, cum ea sit dignior, & qui teneatur residere in digniori ex beneficiis pluribus que obtinere potest.

Similiter si duo beneficia sint equæ principaliter unita, Beneficiarius teneatur residere in digniori, ac si per omnia æqualia sint, in quo majorior.

Unde iam Andreas Abalensis declarari petisset, an eum ipse obtineret duos Parochiales ad invicem unita, liceret sint in una mallet residere; Responsum est, si sint Parochiales sint ad invicem equæ principaliter unita, ita ut altera non dicatur annexa acceptione, & equalis sint, ut in neutra ipsarum habeat titulum Dignitatis, posse Rectorem eligere in utra earum residentiam.

Verum hoc procedit, ut prædicti, si per omnia sint æqualia, alia facit. Idemque laborio dubio si duo Ecclesie habeant unita, in qua sit residendum; Responsum est esse residendum in digniori. Quod non omnino contineat que sit dignior, in loquutione. Quod si una fuerit extra, & altera intra urbem, esse residendum in ea que est intra.

Hæc, ut vides, procedunt in Parochialibus non unitis, vel in unitis æquæ principaliter. At vero cum Parochialis subsecundæ & accessorie annexa est prebenda, & tunc residendum est in prebenda que propter unionem subjectivam dicitur major, & Ecclesie annexæ deservendum est per Vicarium perpetuum. Et ita intelligitur textus, & sic per

- 123 *tes submissa voce, dum hora Canonica recitatur, nisi illa hora ad celebrandum compulsi fuerint.*
- 129 *Nec peregrinantes devotioni causa.*
- 130 *Et quid in absentibus tempore Jubilei.*
- 121 *Parochiales obtinentes cum Canonatu, vel dignitate ex dispensatione tenentur residere in Parochiali, & tunc lucratur fructus, sed non distributiones.*
Nisi fructus omnes distributionibus consent, nam 124. & seqq.
- 122 *Et an excludantur a servitio Canonatus, & an teneatur per substitutionem obire onus praebeatae magistratuum in iuramento, ibidem verj. Amplius.*
- 123 *Et quid in obtinentibus duos Canonatus, vel Canonatum cum Dignitate.*
- 124 *Canonici absentes ex causis in iure expressis lucrantur integre distributiones quotidianas, si praebeatae distinctae, aut fructus grossos non habeant.*
Sed post Concil. Tridentinum lucrantur duas tertias illarum partes, amissa tertia, quae inserventibus accrescit, n. 126. & seqq.
- 125 *Distributiones in quibus universi redditus consistant habentur loco praebeatae, & est locus erectionis praebeatae Theologicae.*
- 126 *Distribuitur onus ubi nulla sunt, vel tenues, tertias pars fructuum separari debet, & in distributiones converti.*
- 127 *Distribuitur onus an succedat in locum praebeatae, ubi tenues sunt fructus a distributionibus distincti.*
- 128 *Et quomodo hoc tenentur sit aestimanda.*
- 129 *Et quid si fructus quartam partem distributionum non succedat.*
- 130 *Canonici Regularis an possint in absentia distributiones quotidianas percipere.*
- 131 *Distributiones habentur absentibus, si ita cautum sit lege fundationis.*
- 132 *Vel Statuta à Sede Apostolica confirmata.*
- 133 *Privilegia Apostolica percipiendi in absentia distributiones quotidianas non sunt sublata à Conc. Trid.*
- 134 *Distributiones debentur visitantibus limina pro Episcopo, aut eum in eadem visitatione comitantibus.*
- 135 *Ordinarius potest sine Capitali consensu excommunicare Canonicos à servitio Chori ex causis tantum expressis in Constitutione Bonifacii VIII.*
- 136 *Distributiones quotidianae debentur infirmis absentibus etiam non probata consuetudine illas in absentia percipiendi.*
- 137 *Famulo aegroto an debeatur salariam.*
- 138 *Statutum Capituli, ut aegrotis non dentur distributiones non valet.*
- 139 *Canonici infirmus percipere debet etiam portionem accrescentem.*
- 140 *Tempus infirmitatis non est computandum pro tempore vacationis.*
Declaratur, num. 149.
- 141 *Canonici concedantur distributiones illius hora, cui sine vitae periculo interesse non potest.*
- 142 *Distributiones debentur podagra impedito.*

Item. Absens in studio Theologiae percipit fructus praebeatae, non autem distributiones quotidianas. Hoc dicit secundum intellectum Joan. Andr. & communem. Vel generaliter secundum alium intellectum Host. Card. & Abb. Differtat super fructibus in absentia percipiendis quotidianas distributiones non percipit. Dividitur in duas partes. Primo ponit privilegium tenorem. Secundo, ejus interpretationem, ibi, *notamus.*

Nota primo, appellatione fructuum praebeatae non venire distributiones quotidianas. Idem probat text. in c. unic. de Cler. non resid. lib. 6. & in c. fin. §. In illis, de concess. praeb. eod. lib. & tenet Cassid. dec. 1. de Cler. non resid. de Covarr. lib. 3. var. resol. c. 13. n. 1. nisi materia largi interpretanda aliud suadeat, ut resolvit Rota apud Pat. dec. 239. lib. 1. Ratio est, quia quotidianae distributiones sunt redditus casuales, & incerti, nec attinent ad corpus praebeatae, ut fuit probat Oldrad. conf. 118. Ex virtute gratiae, cujus rationes transtulit, ac sibi adscripsit Joan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de concess. praeb. nulla Oldradi mentione habita, de quo miratur Petr. de Anchar. in clem. un. n. 39. eod. tit. ubi idem firmat, & post eum Felin. alios cum Juliano in c. Ad aures n. 14. de refer. & Covarr. loc. cit. inferentes propterea ad regulas Cancellariae de valore fructuum exponendum.

Secundo nota, obtinentes dignitates licite posse studium causa ab Ecclesia abesse, ut de Archidiacono est casus 6. & de Abbatibus notat Joan. Andr. in c. 3. infra, Ne Cler. vel Monach. Intellige secundum ea, quae dicam infra n. 10. Fallentia n. 73. Item intelligit de Ordinariis licentia, quam tenerit ipse Ordinarius imperit, ut legitur & notatur in c. Relatum supra tit. prox. secundum Abb. hic n. 2. in

- 143 *Carus non tenetur horis Canonice recitare.*
- 144 *Nec Choro interesse, & tamen lucratur distributiones.*
- 145 *Coetus non privatur voto quod qui haberet si carus non esset.*
- 146 *Distributiones debentur semio concessis, si alia residere sint soliti.*
- 147 *Item infirmis ex propria culpa, & peccato.*
- 148 *Dummodo antea essent soliti Choro interesse.*
- 149 *Et an debeantur ei, qui dum obisset tribus mensibus vacationem, vel ex causa Jubilei, in morbum incidit.*
- 150 *Distributiones quotidianae debentur absentibus ob justam, & rationabilem corporalem necessitatem.*
Unde debentur ei, qui medicinam sumpsit, aut sanguine minutus est, ibid.
- 151 *Item expulso à civitate propter seditiones.*
- 152 *Etiam non probata consuetudine, ut distributiones debeantur absentibus ex justa causa.*
- 153 *Item indebitis concessis in carcere ubique locorum.*
Et quid de fructibus praebeatae, quae massa grossa.
- 154 *Item absenti, ut injustam Judicij vexationem redimeret, futuram.*
- 155 *Item citato ob causam criminalem, qui se innocentem praebebat.*
- 156 *Item condemnato, vel excommunicato, & postea absoluto per sententiam, in qua in iudicatum transierit.*
- 157 *Excommunicatus injuste recipit fructus medii temporis.*
- 158 *Distributiones quotidianae debentur absentibus ob evidentem Ecclesiae utilitatem.*
- 159 *Nisi probetur consuetudo, secundum quam absentes ob dictam causam distributiones non percipiunt.*
Intellectus c. Cum non debeat, de elec. eod. lib. ibidem.
- 160 *Et ceteris Ecclesiae utilitas ad hoc requiritur.*
- 161 *Canonici à secretis Regis Portugallicae in rebus Ecclesiasticis ex gratia conceduntur in absentia distributiones quotidianae.*
- 162 *Archidiacono habenti nulum jus praesidentis in Choro, dum residet in locis sui jurisdictionis subiectis, non debentur distributiones.*
- 163 *Debetur tamen absentibus pro exercitio curae animarum sua Dignitate, vel Canonatu incumbenti.*
- 164 *Dum sunt in acta admittendi Sacramenta, vel ea exercunt, quae ad curam spectant.*
- 165 *Et dummodo hoc praesent per seipsos.*
- 166 *Statuta ut qui per quadraginta annos continuos divinis interfuerunt habeantur pro Jubilatis, sunt toleranda.*
- 167 *Canonici absens pro negotiis Capitali lucratur distributiones quotidianas, nec tenentur inservire pro substitutione.*
- 168 *Canonici, qui tenentur assistere Episcopo Pontificalia exercenti in Cathedrali, tenentur etiam in alii civitatis locis, & suburbanis, tunc lucrantur distributiones.*
- 169 *Distributiones debentur Theologo praebeato in dubio, in quibus legit.*
- 170 *Item penitentiariorum audiendo confessiones in Ecclesia, sive extra, dum divinis celebrantur.*
- 171 *Item dum Capitulum comitari corpus defuncti ad sepulturam.*

1. notab. ac si renuerit, adiri potest superior, ut cum cogat, argum. e. Nullus, de iur. patr. & tenet idem Abb. in d. c. Relatum n. 6. verj. Sed diceret tu. Sed & S. Coogreg. Concilii declaravit ejusmodi licentiam ab Episcopo ad quinque annos concedi posse, quod si renuerit, ejus superiorem adendum esse, qui eum compellat.

Hoc autem privilegium vendicat sibi locum tam in decentibus, quam in studentibus, & tam in Theologica facultate, ut est casus in d. c. fin. de Magistr. quam in iure Canonico, ut notatur in c. Cum ex eo, in gl. in verb. Litterarum, de elec. lib. 6. & per Abb. & DD. in c. Tria, de Cler. non resid. Quin imò censuit S. Congregatio docentes jus Canonicum in publica universitate gaudere, & potiri privilegio percipiendi in absentia suorum praebeatarum fructibus, quamvis praebeatae, quas obtinent, sine sit in Cathedrali ejusdem civitatis, in qua publici Lectores munere funguntur. Quid autem in iure civili dixi in c. Super specula, Ne Cler. vel Monach. Hodie gratiae de residendo, & fructibus in absentia percipiendis studiorum causa à Sede Apostolica impetrare non suffragantur, nisi accedat consensus Ordinarii loci, ubi beneficia consistunt, ex Constitutione Pii IV. publicata 24. Novemb. 1564.

Ultimò nota, secundum Anton. de Butr. n. 3. legitimam absentiae causam, quamvis fingat quem haberi pro residente, non tamen fingere ut habeatur pro divinis interessente. Ratio potest esse duplex. Altera quam ponit hic Petr. de Anchar. n. 3. quia cum distributiones quotidianae debeantur praesentibus, & interessentibus divinis officiis, e. unic. de Cler. non resid. lib. 6. Princeps concedendo unum speciale, ut non praesens fructus percipiat, non censetur concedere aliud, ut scilicet habeatur etiam pro interessente, & consequatur distri-

- 15 *butiones quotidianas, quia duo specialia non debent concurrere circa idem lib. 1. C. de dot. promiss. l. Cum poss. §. Gener. de iur. dot. Altera ratio est, quam ponit Abbas. n. 3. in 2. not. quia privilegium parum favorabile, & parum odiosum debet restringi quatenus praedictum alteri, vel cuius Divino. Nam privilegium hic concessum super fructibus integre percipiendis; ideo non extenditur ad quotidianas distributiones, quia habet naturam separatam ab aliis fructibus Ecclesiae, & introducta fuerunt in usum cultus divini, ut Canonici ad divina officia promptius conveniant, Clem. Si Dominum, de relig. & vener. Sancti, nam ut Host. inquit in c. Olim nu. 2. in var. Et manualia, talis interet pro denario, qui non interesset pro Deo. Et propterea ne qua in parte minuat divinus cultus, sed ei debitor omnibus in rebus obsequium praestetur, statuit Concil. Trid. in c. 3. sess. 12. in Ecclesiis tam Cathedralibus, quam Collegiatis, in quibus nullae sunt distributiones quotidianae, vel ita tenues, ut verumilliter negligatur, tertiam partem fructuum separari debent, & in distributionibus quotidianis converti, quae inter dignitates obtinentes, & ceteros divinis interessentes, dividantur.*
- 16 *Quero, An & quibus casibus obtinentes beneficia in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis licite percipere possint in absentia redditus suorum beneficiorum.*
Hic quaestio pro clario solutione dividenda est in duo membra principalia. Primum est, An & quando absentibus debeatur fructus praebeatae. Secundum est, An & quando istidem debeatur distributiones quotidianae. Et quia provenit, & emolumentum beneficiorum non debentur non residentibus, nisi in casibus in iure expressis, nec licet Episcopo imperitio licentiam percipiendi fructus in absentia in casibus non expressis in iure, ut patet infra in discursu materiae praefertim n. 37. ne multipliciter, & varietas casuum ingerat confusionem in utroque membro procedam faciliori methodo per conclusiones, & ampliationes, & limitationes, sed praecipue ex responsis Sac. Congreg. Concil. Tum quia si oportere singula discutere, materia in volumen excreveret, tunc quia vis commune in multis reperitur immutatum ex iure novissimo Concilii Trid. ut in iure dicitur. Sententia non sit usquequaque tutum, cum pleraque ex decretis, & declarationibus Apostolicis certam interpretationem habuerint.
- 17 *Ad evidentiam praemittendum est fructus in hoc differre à distributionibus quotidianis, quod fructus sine redditus certi ipsi sum corpus praebeatae constituentes, qui dantur residentibus non habita ratione servitii quotidiani, quia percipiuntur sine facto, & ministerio hominis, Distributiones vero sunt emolumenta incerta ad corpus praebeatae non pertinentia, pendentes enim, & exitum habent ex incerto fortunae, actualis ministerii & operis; & dividuntur pro rata servitii inter eos tantum, qui horis Canonice interfuerunt. Textus est in Extravag. Postulasti, §. Licet de praeb. Et hanc differentiam constituit, & quibus firmat locum, etiam dividuntur in fine anni, non autem diebus. Nam si divisio fiat non aequaliter, sed habita ratione servitii cuiusque horae, & absentes nihil percipiunt, sunt vere distributiones quotidianae, non autem fructus praebeatae, seu fructus grossi, vel massae communis, ut decidit Rota apud Achill. dicitur, an. de distrib. Caput. decij. 29. par. 2. & rursus coram Card. Seraph. dec. 1149. n. 2. ubi resolvit redditus Collegiatae Ecclesiae Aquavivae, qui in fine anni dividuntur pro rata servitii diurni, esse distributiones quotidianas, se propterea ex illis non esse contribuendum seminaris Barensi. Quam decisionem postea in eadem causa probavit S. Congregatio Concilii, ut scripsi plenè in c. Olim à n. 45. usque in fin. infra de verb. signific.*
- 18 *Nec obstat text. in Extravag. Cum nonnulla, la prima, §. Praeterea, de praeb. ubi est expressum, illam bladi quantitatem, & pecuniam summam, quae pro quolibet mense, vel hebdomada Canonici ministrantur, non debere pro quotidianis distributionibus computari, sed illa tantum quae praefatis Canonici quotidie pro diebus, & nocturnis horis distribuuntur sine fraude. Nam responderetur textum loqui de illa bladi, & pecuniae quantitate, quae consuevit assignari absentibus studiorum causa, vel pro negotiis de licentia Capituli. ut ibi est expressum; unde factus est sibi nihil consuevit absentibus exhiberi. Et dum coetus dixit censeri distributiones quae dividuntur quotidie respectu ad id, quod frequentius huiusmodi, propterea etiam appellatur distributiones quotidianae. Sed tamen si divisio fiat habita ratione quotidiani servitii, non ideo minus censeri debent quotidianae, quod dividuntur in fine hebdomadae aut mensis vel anni, quia hoc fit gratia commodiorum solutionis, nec alterat naturam distributionum quae consistit in hoc ut sint deputatae pro servitio cuiusque diei, & non interessentes nihil percipiunt, ut habeatur in dicta Extravag. Postulasti, §. Licet de praeb. & in praellig. §. Praeterea, ad quem alius remittit S. Congreg. Concilii. Nam consultata quae sine distributionibus, de quibus Concilium, c. 12. sess. 24. & c.*

un. de Cler. non resid. in 6. & quae sint distributiones quae habentur loco praebeatae, à quibus non excluduntur absentes ratione alicujus privilegii de quibus in d. c. un. in verb. Receperit, simpliciter respondit declarasse Extravag. Cum nonnulla, §. Praeterea de praeb.

Quibus praemissis circa primum membrum statutum principalis conclusio. Obtinentes beneficia, pura Dignitates, Canonici, Praebendae vel portiones in Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis tenentur in eis personaliter residere, nec in absentia percipere debent fructus praebeatarum suarum, ut hic & in c. Inter quatuor & c. fin. de Cler. non resid. & in c. Pervenit, il. 2. infra de appellat. Item probatur in c. Cum omnes supra de Constit. ubi Canonici absentes percipere possunt fructus praebeatarum suarum vigore consuetudinis. Ergo seclusa consuetudine, de jure communi illas percipere non debent, & ita notat gloss. prima communiter approbata dicens, hoc esse jus commune, ut Canonici absentes nihil percipiunt. Item tenet gloss. in cap. Conquerente, in verb. Deserviat, il. 2. infra de appellat. & gloss. nostra in illis verbis, de corpore praebeatae suae quam in absentia de jure communi percipere non debent Clerici. Et verbum, residere, accipiendum est cum effectu, id est Ecclesiae in divinis officiis deservire, cap. Relatum, de Cler. non resid. & d. cap. Conquerente, & tenet Host. in summa eod. tit. §. 2. qu. 27. Alten. lib. 6. tit. 34. Silvest. in summa de Constit. ubi pr. Andr. ab Exca in c. Cum omnes non. 58. de Constit. quos sequitur Covarr. lib. 3. var. resol. c. 13. num. 3. verj. Verum priorem huius distinctionis rationem. Item tenet Petr. de Anchar. in cap. un. in 6. not. de Cler. non resid. in 6. Nam residentia debet esse laboriosa, non desidiola, cum beneficia ad divinum cultum, & Ecclesiastica munia obtinenda sint constituta, c. Cum ad hoc, in parte decisae eod. tit. & habetur in decreto Concilii Trid. c. 13. in pr. sess. 21. Quid enim prodest praesentia in loco ex quo divinus non adiunt, ut inquit gloss. in d. c. un. in verb. Praesentat. Et ita intellexit Canonorum residentiam S. Congreg. eisdem Concilii interpretes, ut patet infra in sexta ampliatione n. 41. Ceterum est absentes percipere non debeant fructus praebeatarum, non tamen hoc ita accipiendum est, ut illos perdant ipso jure, Imò enim accipiuntur sine facto, & ministerio hominis ut ex Oldrado dicitur ultra supra n. 18. Sed ita est intelligendum, ut privandi sint ad praesentium Concilii Trid. in c. 12. §. Praeterea sess. 24. ubi statuitur ut absentes ultra tempus ibi permillum primo anno priventur dimidia parte fructuum, & quos ratione etiam praebeatae ac residentiae fecerunt suos. Quid si iterum eodem forent uti negligentia priventur omnibus fructibus quos eodem anno lucrati fuerint; & recedente vero contumacia contra eos iuxta sacrorum Canonum constitutiones procedatur id est ad privationem tituli. Atque ita hodie correcte est dispositio antiquorum Canonum, secundum quam Canonici absens privati poterat beneficio, si infra congruum terminum sibi praesentium ad residentiam, non redisset, ut in d. c. Pervenit il. secundo de appellat. c. Inter & c. ult. de Cler. non resid. Nam post Concil. privati non potest titulo nisi post lapsum trium annorum.

Unde cum Episcopus Tarentinus olim petisset declarari à Sac. Congreg. Concilii. An rectè processisset contra Subcanonem Canonicum Ecclesiae suae juxta decem & octo menses absentem, cum ei comminatum fuisset poenam privationis, si intra mensem non redideret, S. Congreg. duo declaravit, Primum Concilium clare disposuisse expectandum esse lapsum trium annorum, antequam ad privationem in totum procedatur, ut in d. c. 12. sess. 24. verj. Praeterea obtinentibus. Nam in primo amittit non residentem dimidiam, in secundo omnes fructus, in tertio privatur titulo & ita rescriptum fuit plurimis Episcopis.

Secundum, est omnes redditus in quotidianis distributionibus consistant, pro primo anno, vel secundo, non debere incidi privationem, quia cum sint quotidianae, & non percipiatur non residens, satis est privatus, & pro primo, & pro secundo, se admodum Episcopus ne has distributiones, quas amittit sine non residendo, sinat accrescere servientibus. Constitutionem vero, qua absentes ultra duos menses privantur Capellanis, Sac. Congregatio sic censuit intelligendam, ut absentes ultra duos menses primo anno priventur dimidia parte fructuum, secundo omnibus, tertio Capellanis; Hos autem duos menses; cum Constitutio sit odiosa, oportere esse continuis, quemadmodum & supra dictos tres annos, non autem interpellatos. Quid si quis fraude usus fuerit, tunc Ordinatio licere animadvertere in eos, qui fraudem commiserint; poenam autem amissionis fructuum censuit non habere locum in quotidianis distributionibus, quos Canonici interservius jam lucrati est.

Ampliatum primo principalis conclusio supra firmata, ut habeat locum, non obstante contraria consuetudine non residentis, aut fructus in absentia percipiendi. Nam est consuetudo huiusmodi valida esse de jure communi, ut est text. in cap.

Cum omnes de Constit. & ibi notat gl. fin. Innoc. & alii, saltem in eo casu, in quo Canonici abiens intervalebant per facultatem secundam opinionem Host. *Ibid.* n. 10. cum quo tractantur committere DD. ut ibi restat Abb. n. 10. tamen hodie sublata est a Concilio Trid. in d. c. 12. §. *Præterea*, ubi statuitur, ut obtinentibus in Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesiis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut portiones non liceat vigore ejuslibet statuti, vel consuetudinis ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse. Quo decreto corrigitur predict. Decretalis, *Cum omnes*, & opiniones DD. in hac materia ut ibi dixi numer. 21.

31 Quin imò in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus eo decreto sublata est consuetudo, etiam immemorabilis vacandi ultra tres menses à servitio Chori, ut multoties respondit S. Congreg. ut dixi latius in predict. Decretali, *Cum omnes* n. 31. & *seqq.*

Ampliat secundò, ut procedat etiam in Collegiatis non insignibus; censuit enim S. Congreg. Canonicos Collegiarum Ecclesiarum, etiam non insignium, teneri ad residentiam, nisi tamen istæ non insignes Collegiatae essent rurales profertur delirata, aut in quibus nunquam antea supra humanum memoria solitum esset residere, aut ad hoc tenuis reddidus esset, ut Canonici aliunde non habentes unde vivant, alere non possent. Ex de intellectu hujus declarationis vide quod scripsi in d. c. *Cum omnes* n. 31. & *seqq. de Constit.*

Ampliat terò, etiam si Ecclesie statuto longius abessent tempus indulgeat, quia decretum d. c. 12. *seqq. in præalleg.* §. *Præterea*, derogat non tantum consuetudinibus, sed etiam statutis ibi, vigore cujuslibet statuti. Unde cum fuerit questum, an valeat statutum ut una, vel duabus horis interessentes luenterur missam grossam, sive præbendam, amissis distributionibus quotidianis, responsum est non valere.

35 Ampliat quarto principalis conclusio, ut locum habeat non obstante licentia, quam Capitulum concedere consuevit vacandi à Choro ultra tres menses. Imò censuit Sac. Congreg. non exulare, & pena Concilii licentiam quam Capitula Cathedralium Hispaniæ ab immemorabili tempore concedere consueverunt, ut Canonici abesse possint quoad Capitulum visum fuerit, quin etiam habeant licentiam nec Episcopum, nedum Capitulum etiam ex rationabilibus causis in iure non expressis & supposita immemorabili consuetudine posse concedere. Et propterea DD. dicunt de iure communi antiquo nec abentes in studio Theologiae debuisse percipere fructus præbende antequam emanasset illa decretalis, *Super specula de magistr.* ut in specie hic notat Anton. de Butr. in l. 1. no. & eadem Butr. Card. & alii in prima opposit.

37 Ex eodem modo ad penam privationis fructuum contra abentes ultra tempus à Concilio permittitur procedendum est, non obstante quavis remissione Canonorum. Censuit enim Sac. Congreg. hujusmodi remissionem esse prohibitam tam quoad distributiones, de quarum remissione licet condirent, debere Episcopum iure agere in reos, quam quoad fructus præbende quos remittere non est in facultate Canonorum, cum Ecclesie sint applicandi.

Ampliat quinto, etiam in Dignitatibus Cathedralium Ecclesiarum, quæ nullas habent redditus, nam nihilominus obligant ad personalem residentiam, non obstante contraria consuetudine, de quo tamen dic ut scripsi in d. c. *Cum omnes* n. 25. & *seqq. de Constit.*

Ampliat sexto, ut nec sufficiat residentia in civitate, sed omnitò requiratur interressentia divinis officiis, adeo ut contra abentes à Choro ultra tres menses procedendum sit ad preceptum Concilii, Residentia enim accipienda est cum effectu, ut dixi supra n. 23. ideoque cum effectus questum, aut verba posita in d. c. 12. §. *Præterea* *seff.* 24. prohibeant ne Canonici, & alii abint à Choro, vel tantum ne abint à civitate, S. Congreg. censuit prohibere ne abint à Choro. Et ad constitutionem Cardinalis S. Prædixis tunc Archiepiscopi Mediolanensis respondit pueniendos esse, qui abint à servitio Ecclesie, licet in civitate, locove, in quibus ipsa Ecclesia consistit, sint presentes; quia verba Concilii dicunt (ab eisdem Ecclesiis abesse, non à loco Ecclesie) & sic intelligantur de servitio Ecclesie. Et iterum consulta quomodo essent privandi, qui ultra medietatem anni abint à servitio Ecclesie pretextu quod non discesserint à Civitate, Respondit primo anno privandos esse dimidia parte fructuum, secundo, omnibus, tertio, prout sancitum est decreto Concilii c. 12. *seff.* 24.

Ampliat septimo, ut Canonici non solum teneantur Choro interesse, sed etiam Congregationibus Capitularibus. Unde cum fuerit questum, an Canonici sine obligatione satisfaciens in eo quod actinet ad residentiam, & servitium Chori, & Altaris possint rura conscientia ordinari abesse à Capitulo, seu Congregationibus Capitularibus Sac. Congreg. censuit non posse.

Item declaravit validum esse statutum, vel consuetudinem, quæ multantes in hi Congregationibus Capitularibus non interfuerint. Verum suborta dubitatione, An Canonici

possint sumere dies absentie à consuetudine, vel statuto Ecclesie permilios, & à Concilio non solutatis in diebus Capituli, seu Congregationum Capitularium; inclinavit posse. Sed tamen nihil fuit decisum; quia prius edoceri voluit nunquid hujus dubii solutio peteretur ad evitandam penam, vel multam impositam adverteris eos, qui hujusmodi Congregationibus non interfuerint, vel ad acquirendas distributiones assignatas pro horis, quibus habentur hujusmodi Congregationes. Sed alia fuit resolutio posse.

Ampliat octavo eadem conclusio ut habeat locum etiam in absentibus à Cathedrali pro utilitate vel necessitate alterius Ecclesie; nam ad hoc ut pro presentibus habeantur, exigitur utilitas vel necessitas illius Ecclesie in specie, de cujus fructibus agit, ut latius dicam infra numer. 98. & 160. facit textus in c. ex parte il. 2. ibi §. si te non abstanto in fraudem præparare tue, jura fideliter prosequeris, cum ex hoc censori debeat refidens &c. supra de Cler. non resit.

Hinc Canonico absent pro defensione jurium Ecclesie Parochialis in qua erat Beneficiatus & electionis facta de ejus persona ad Rectorem dicti Parochialis, 100 debet fructus præbende sui Canonicatus, decidit Rota cujus decisionem Sacra Congregatio probavit.

Ampliat ultimo, ut nec acrius interperies excuset Canonicos à residentia ultra tres menses à Concilio permilios. Hinc petentibus Canonici, ut liceret dimidias eorum parti per alteras hebdomadas infervere, eo quod Cathedralis frigida & humida esset, Sacra Congregatio abint & Sanctissimus itidem abint. Adverte tamen, quia Doctores super verbum *excusationem* in c. fin. supra tit. *prax.* communitet teneat beneficiatum excusat à residentia ab acrius interperiem per c. *Quorundam* 74. *dist.* sed videtur accipere acrius interperiem pro acri corruptione, prout accipit ibi Host. numer. 5. quo casu licet eis abcedere etiam reuente Superiore, cum periculum sit in mora, ut concludit Ripa in tractatu de *seff.* in tit. de priv. contra. numer. 140. aliquando tamen hæc causa iusta visa fuit cum aliquibus dispensandi, & in specie petente Capitulo Caurien. ab acrius interperiem ne redire teneantur.

Sanctissimus die 7. Octobris 1580. audità relatione Congregationis, imperpetuum est facultatem Episcopo, ut possit singulis annis, si sibi iustæ causæ dispensandi videbantur, licentiam concedere canonicis non residentibus per alium mensem ultra tres quibus per Concilium, & quartum, quo vigoro litterarum sanctæ memorie Pii V. eidem abesse licet in eo numero qui Episcopo vius fuerit, nec cultus Divinus deseratur.

Nunc principalis conclusio & regula superius firmata numer. 45. fallit primo, si ex statuto Ecclesie, vel consuetudine usque ad tres menses quolibet anno ab Ecclesia abesse liceat hujusmodi enim consuetudinem & statutum à contrario sensu præservat Concilium Trid. in d. c. 12. §. *Præterea* *seff.* 24. non autem indulget Canonicis omnium Ecclesiarum, ut tres menses abesse possint ut quidam incaute putarunt. Non enim procedit concedendo, sed prohibendo, ibi, non liceat *pretextu cujuslibet statuti vel consuetudinis ultra tres menses abesse.* Imò expressè præservat Constitutiones, que longius absentie tempus requirunt ibi, *Salvo nihilominus.* Unde propositio dubio, An Canonici qui majori servitio Ecclesie quam novem mensium sunt adstricti, substackant, si non residerint, eidem premis de quibus in d. c. 12. S. Congregatio censuit substackare. Et Canonici ut supra adstricti postulantibus ex gratia vacationem trium mensium S. Congregatio meo tempore semper abint.

Supposita autem consuetudine vel statuto Ecclesie, ut 52 Canonici abesse possint tres menses à Concilio permilios, censuit nec Episcopi, nec Capituli licentiam, nec causam requiri. Et abentes eo tempore ex causa privationis negotiorum non debere aliam multari, quam amissionem quotidianarum distributionum. De quo latius infra in 2. membro principalis in octava ampliatioe n. 99.

Amplius censuit non oportere ut absentia sit continua ut 54 comprehendatur c. 12. sed satis esse, ut dies absentie licet interpellati superent trimestre. Item respondit non posse Episcopum contrarium statuire. Item respondit non posse Episcopum mensibus quibus Canonici abesse licet ab eorum Ecclesiis ex c. 12. *seff.* 24. possint esse continui & quoad omnes Canonicos posse abesse eodem tempore, non tamen omnes Canonicos posse abesse eodem tempore, ne Ecclesie delitatur omni servitio, sed tantum eam partem Canoniorum, que videbitur arbitrio Episcopi & Capituli & Sanctissimus probavit sententiam Congregationis ad se relata subdens Concilium non dedisse tres menses Capitulo, sed Canonicis, scilicet singulis per vias.

Veruntamen etsi Canonici teneantur omnibus septem horis infervere Clem. 1. ubi gloss. in *xer. Canonici* & in *ver. debitis de celebrat. Missar.* Clem. 1. in *fin. de relig. & vener. Sancter.* Clem. 2. in *ver. certis horis de etar. & qualit.*

qualit. nec valeat statutum ut residentia in una hora habeatur pro residente in omnibus, Laud. Card. & Anchar. in d. Clem. 1. de celebrat. Missar. nihilominus ad censuendum spatium trium mensium responsum esse horas cujuslibet diei non esse computandas, sed dies integros absentie tantum sed nec posse confici ex horis, quibus Canonici residentes abint à Choro dies, ut ex diebus & horis sic collectis conficiantur menses absentie, de quibus in decreto c. 12. *seff.* 24. Neque ad constituendum servitium novem mensium colligendas esse puncturas, quasi is, qui novem partes punctaturarum ex duodecim, qui ex servitio totius anni conficitur, deserendo tulerit, servitio punctaturarum debito satisfecerit, sed ipsos dies residentie & servitii siue continui fuerint, siue interpellati, numerandos esse ut compleant numerum dierum novem mensium. Quare dubitante Episcopo Palentino, an Præbendi capitulo Palentini, qui in uno ex novem mensibus residentie uni horæ quotidie interfuit, statuto Ecclesie id permittere propter nimiam Ecclesie & loci exiguitatem & acrius interperiem pro lucranda fructibus illius mensis, ex eo quod reliquis horis non interfuerint, privati possint tanquam abentes ultra tres menses iuxta formam Concilii, *seff.* 24. c. 12. *verf. Præterea* Sac. Congregatio censuit statutum, de quo supra, tolli debere, utpote contra Concilium, adeo ut non interessentes omnibus horis impediendo mense amittant illam ratam fructuum, quam amitterent in aliis octo mensibus singulis horis non interessendo, non tamen incidere in penam *dist. vers. Præterea*, quasi abessent ultra tres menses.

Fallit secundo principalis conclusio, si in fundatione Ecclesie cautum fuerit ut abesse liceat ultra tres menses. Nam est hoc dubium fuerit diu, multumque agitur in Sac. Congreg. potestatem tamen cum postulatione declarari Canonici Ecclesie Segobiensi. An censuendo in fundatione eorum Ecclesie edita, que permittit Canonici abesse ultra tres menses, censuerit sublata à Concilio *seff.* 24. c. 12. Quatuor Cardinales censuerunt non esse derogatum fundationi, Ocho censuerunt derogatum præsupposito quod Concilium insulerit consuetudinem immemorabilem in hac materia residentie in Cathedralibus, cum enim ea det melioris titulum, qui possit allegari & sic etiam titulum fundationis; Ergo, Sec. Non obstat decisio Ludov. Rom. in l. si verò, §. De viro, numer. 45. ff. sol. matr. Felim. in tit. de litter. Apostolic. in l. in par. col. 5. ampliat. 7. qui dicunt per Constitutionem generalem nunquam censori derogatum fundationi, nam loquuntur in fundatione facta à laico patrono ne retractatur à fundatione. Item in derogatione facta à Papa in collatione beneficii, Modo autem queritur de derogatione legis in fundatione, que reficit à quo facta sit, nec si Jus Patronatus acrius. Sed tamen non capta resolutio, sed dictum ut videtur fundatio & postea iterum referendam ad Congregationem. Sed postea die 21. Februarii 1576. Congregatio parva declaravit non sublatum privilegium in fundatione concessum non obstante dubitatione Congregationis generalis.

Fallit terò, si statutum Ecclesie à Sede Apostolica confirmatum longius absentie tempus indulget, nam decretum Concilii in d. c. 12. est insubilitate statuto Ecclesie non tamen fuit confirmata à Sede Apostolica propter duplex vinculum ex doctrina post Jo. Mon. in Cl. *Doctum ad fin. in v. Pacha de sepultur. &* decisione Achillis. Unde cum fuerit dubitatum in una Valentiana an per d. c. 12. esset sublatum statutum à Sede Apostolica confirmatum, quo dispositur Canonicos residentes posse eligere quatuor menses, per quos à residentia sint exempti, S. Congregatio censuit agendum cum Sanctissimo prout de illa decisione Achillis, de qua Sanctitas sua & Congregatio deliberarunt in una Veronensi. Sanctitas sua dixit proponendum esse in Congregatione generali an in capite residentia intrerit decisio illa Achillis; Congregatio generalis die 7. Julii 1575. Quatuor nempe Urbinis; Senonensis, S. Sixti, Carafa censuere statutum esse confirmatum à Sede Apostolica esse sublatum à Concilio d. cap. 12. Ex tunc ipsius Concilii, que fuit solam indulgere tres menses pro majori cultu Divino. Tum quia vult salva esse omnia statuta, que majus servitii tempus requirunt. Ergo nulla alia que minus. Item quia sero omnia hujusmodi statuta fuerunt approbata à Sede Apostolica. Unde sicile eluderit dispositionem Concilii de residentia. Tres vero nempe Moroni, Gest. Ale. censuerunt non esse sublatum statutum, quia de mente Concilii non constat, neque ea colligi aliunde potest quam ex proprietate verborum. Sed verba Concilii secundum communes theoricas non tollunt approbata à Sede Apostolica nisi existimant & concellium abibi expressè, quando voluit. Et ita in specie de residentia Parochorum *seff.* 23. c. 1. in *fin.*, tollit etiam confirmata verbis expressis. Sed *dist.* c. 12. non repetit illa verba, etiam confirmata. Ergo, Sec. Tandem dictum fuit dandum dilationem ad amplius informandum & postea referendum Sanctissimo. Postea iterum habita Congregatione, quatuor pro statuto, quatuor contra censuerunt.

Sanctissimus his auditis, iussit servari statutum confirmatum. Et postea cum in Ecclesia Eboracensi extaret statutum ante Concil. à Sede Apostolica confirmatum ut canonici semel in vita per annum abesse possint Hierusalem proficiscendi causa, & sex menses, cum Basilicam S. Petri quolibet quinquennio visitare vellent, dubitatum fuit an illud esset sublatum à concilio cap. 12. *seff.* 24. S. Congreg. censuit statutum hujusmodi à Sede Apostolica confirmatum non esse sublatum per concilium, & ita etiam Sanctissimus probavit.

Intellige hanc declarationem, dummodo confirmatio emanaverit immediate à Papa; Secus si à Cardinali autoritate Apostolica. Unde statim declaratione, ut presertur edita, cum dubitatum fuerit quid censuendum de statuto Ecclesie Tarvisinae super materia d. c. 12. *seff.* 24. à Cardinali autoritate Apostolica confirmatis vel ab eodem Cardinali simili autoritate editis; die 22. Augusti 1583. Sac. Congreg. censuit ipsius congregationis declarationem nequaquam habere locum in his statutis.

Rursum intellige declarationem prædictam dummodo confirmatio emanaverit à Papa ex certa scientia & cum causa cognitione; secus si in forma communi, quia tunc confirmatio nihil novi tribuit, cap. *Cum dilecta*, §. Nunc iusturver. Nulentes de confirm. uti. qd. univ. gloss. in c. Ex parte, in ver. Confirmatione, de constit. Unde in simili quamvis Sac. Congregatio declaraverit confirmationibus Apostolicis per Concilium *seff.* 6. c. 4. & *seff.* 25. cap. 6. non esse derogatum, postea tamen dixit intelligi derogatum concordia confirmatis à Papa in forma communi.

Fallit quarto, in Collegiatis Regularibus que quoad Canonicos Regulares non comprehenduntur decreto d. c. 12. *seff.* 24. §. *Præterea*. Ideoque cum fuerit dubitatum sianc decreto concilii in d. cap. 12. §. *Distributiones verò* & quod censuendum de statuto & consuetudine Ecclesie Collegiatae Canonicorum Regularium, ut iam ipsi canonici Regulares, quam Portionarii, qui sunt seculares in eadem Ecclesia, singulis annis cum licentia Prioris & capitali per quadraginta dies abesse possint, quibus una cum fructibus Gratiæ & distributionibus quotidianis accipiant, perinde ac si divinis officiis interesseret. Præsupposito quod ex hujusmodi statuto & consuetudine idem Canonici & Portionarii abentes ultra quadraginta dies priventur distributionibus quotidianis discurtaxat, non autem parte aliqua fructuum Gratiæ & licet eidem gaudere vacatione trium mensium iuxta præmissam Concilii decretum d. c. 12. §. *Præterea*, circa amissionem alicuius partis fructuum, Sac. Congreg. censuit decretum Concilii *seff.* 24. cap. 12. §. *Præterea*, & §. *Distributiones*, non comprehendere Canonicos Regulares, sed nullam habita ratione ante dicti statuti & consuetudinis Canonicos Regulares posse cum licentia suorum superiorum ex causa rationabili abesse per il tempus, quod ipsi permitterint, distributionesque quotidianas easdem sic abentes percipere, quatenus Superiori & capitulo eis videbantur concedende.

Portionarios verò seculares, qui divinis officiis non inter sunt, minime posse consequi distributiones quotidianas, nisi ex casu in iure permilios Canonicos Regulares cum legitima licentia Superiorum abesse posse etiam ultra quadraginta dies extra amissionem alicuius partis fructuum, portionarique secularibus absentibus non debet fructus nisi pro tempore, quo ex statuto seu consuetudine Ecclesie ipsi abesse licet modo non ultra tres menses.

Veruntamen Congregatio Vallis Umbrosæ exposuit se habere qualiam Abbatias & Prioratus ad hoc tenues, ut in illis non possit ordinare Collegium Monachorum; ideo ad eorum curam consuevit deputare presbiteros seculares, aut unum vel duos Monachos ejusdem Ordinis; titulum autem, & dignitatem alicui Monacho ejusdem Ordinis in alio Monasterio collegiato conferre. Dubitavit itaque an id iure liceret, cum talis Abbas vel Prior hoc casu non residet, & de iustitiam est Abbatem vel Priorem debere residere in loco Abbatie vel Prioratus cum lic dignitas. Nec obstat quòd non possit ibi collegium sustentari, quia Abbates soli ibi commorari poterunt. Quoad curam animarum, illam esse exercendam per eos, qui fuerint approbati ab Ordinario iuxta cap. 21. *seff.* 25. de Regular.

Fallit quinto, in Canonicis obtinentibus unà cum Canonicebus ex dispensatione Apostolica Parochiales Ecclesias, tenentur enim residere in Parochiali; & sic residentes lucrantur omnes & singulos fructus, redditus & proventus Canoniceatum vel Dignitatum, seu alicuius cujuscumque beneficii, ut in constitutione Pii V. *Capientes in Bullar. tom. 2. pag. 206. &* præbit infra in 2. membro principalis in 21. ampliatioe. Sed est in Parochiali ad hoc ausi assentiendi horis canonicis, Sac. Congregatio inclinavit canonicum simul & Rectorem teneri potius interesse horis canonicis in Parochiali, quam in Cathedrali & vide limitationem proximè sequentem.

Fallit sexto, in obtinentibus canonicis perpetuo & ac.

causam annexo beneficii requiruntur servitium minoris temporis, quam novem mensium; teneatur enim tantummodo exhibere illud servitium quod requiritur beneficii, cui canonice est annexus, c. *Interpreta*, §. *Qui vero*, de *prob. & c. Supra eo*, cod. tit. lib. 6. Ratio est, quia beneficii perpetuo annexum amittit nomen beneficii & induit naturam beneficii cui subiective & accessorie est unitum de fit illius pcedium, Nota *de off. 370. alias 11. de reb. Eccles. non alien. in antiq. Ordin. cons. 237. saltem tale fess. non. 15. vers. Pandata in reg. Doctores in e. Dandum, il. 2. & ibi dixi non. 31. supra de elect.*

69 Hinc supposito statuto Ecclesie Jacen. à Sede Apostolica confirmato ut Canonici teneantur per octo menses quotannis in dicta Ecclesia residere, Dignitates vero per quatuor menses; sacra Congregatio censit Dignitates, quibus perpetuo & accessorie annexus est canonice, sive annexio facta fuerit ante confirmationem Apostolicam, sive post, non tamen nisi ad residendum quatuor mensium inunctam Dignitatem. Illis vero qui ex sola consuetudine Ecclesie, aut alias ex dispensatione obtinent dignitatem cum canonice, ratione canonice tenentur ad residendum octo mensium, ratione Dignitatis ad residendum aliorum quatuor.

Fallit septimo in duobus canonice in servitio Episcopi existentibus qui ex Sacrorum Canonum prescripto percipere possunt in absentia fructus prebende ut sunt iura in e. *de cetero*, & ibi dixi, & in e. *Ad audientiam*, de *Cler. non resid. quibus non est derogatum à Concilio Trid. in d. 12. §. Præterea*, sess. 24. in illis verbis: *enajstibet statuti* quia ius speciale per generale non derogatur ut per Dec. in l. *In toto*, num. 7. de *regul. jur.* & ita consilium Navarr. *cons. 1. de Cler. non resid.* & fuit sepulchrum resolutum ut dicam infra in 2. membro principali in 10. ampliatione n. 106.

Fallit octavo in canonice familiaribus Papæ qui percipiunt fructus prebendarum in absentia, non obstante contraria constitutione ut est text. in cap. *Cum dilectus*, de *Cler. non resid.* Non enim debent ut ibi legitur, minori prærogativa gaudere, quam duo canonici existentes in servitio Episcopi. De hoc latius infra in 2. membro in 12. ampliatione, num. 99.

Fallit nono in Canonice absentibus pro servitio suarum Ecclesiarum, cap. *Cum non debeat de elect. lib. 6.* cui similiter non est prejudicatum per concilium in d. §. *Præterea* ut per Navarr. *cons. 8. de Cler. non resid.* & fultus patet infra in secundo membro, in principali num. 155.

Fallit decimo in Canonice absentibus studiorum causa, quibus debentur integrè præbendarum suarum fructus ut est textus in d. *de cetero*, dummodo non studeant in villa vel castello, ubi nullum est vel minus competens studium ut in e. *Tua*, de *Cler. non resid.* & in l. *Sec. & reprobare*, §. *fin.* & ibi gloss. *fin. ff. de excusat. Tutor.* sed in publica Universitate, ut in d. e. *fin. de magist. ibi in Scholis* & claris in decreto Concilii Trid. c. 25. sess. 5. ibi *quod publicè in Scholis*, text. in l. 1. cod. de *Professore*, qui in *Urbe*, lib. 12. & dixi supra, num. 9. & idem hic docetur in Ecclesia, ut patet infra n. 114. de dummodo ultra quinquaginta non absint, d. e. *fin.* *Hic hie num. 11. & Anchar. num. 2. & annum etatis viginti quantum non excedant*, ut aliis censuit sacra Congregatio concilii & concurreat, ut aliis censuit sacra Congregatio concilii & concurreat, ut dicitur est supra in secundo verbo.

Fallit undecimo in tribus casibus, in quibus canonici lucrari possunt in absentia distributiones quotidianas juxta cap. *un. de Cler. non resid. lib. 6.* de quibus late dicam infra in *secunda* membro principali in *ultima* sententia. In illis enim casibus multo magis percipere possunt fructus prebende cum non tantum pro presentibus, sed etiam pro interuentibus habeantur ut in d. e. *un. & ibi Anchar. in prin.*

Fallit postremo in omnibus casibus expressis in iure generaliter enim censuit S. Congregatio nemini abesse licere, præterquam ex causis in iure expressis, quæ aut verè subsint Episcopi est iudicium.

Circa secundum membrum de Distributionibus, quæ alia manualia beneficia, seu victualia nuncupantur, capto *omni de verb. signif. & in cap. De cetero*, de *Cler. non resid.* similiter statuitur principalis conclusio dosumpta ex Trident. Conc. decreto c. 12. §. *Distributiones vero* sess. 24. videlicet, distributiones quotidianas qui statim horis interfuertur, quod insit, reliqui hie carent juxta Bonif. VIII. decretum, quod insit *lib. 6. quod S. Synodus in usum revocat.* Idem probatur hie & in Extravag. *Postulasti*, §. *Licet de prob. & Extrav. cum non nulla la prima*, §. *Præterea*, cod. tit. & in alio ejusdem Concilii decretis c. 13. sess. 21. & cap. 3. sess. 22.

77 Ampliatur primo, prædicta conclusio, ut procedat etiam si consuetudine introductum sit ut distributiones absentibus debeantur, ex enim consuetudo non valet; sive introducta fuerit ante constitutionem Bonifacii in d. cap. *unic.* sive post quia cum ex consuetudine non simpliciter deroget consuetu-

dini, sed illi restat, camque reprobet ut iniquam & irrati-
onabilem, ibi, *reprobatur*, ex hoc censetur non tantum præ-
terita, sed etiam futura fuisse, ut sentit Innoc. in cap.
Ex fact. vers. Sed distingue de consuetud. Gemini in e. col.
ultima. de consuetud. in 6. quos in proposito sequitur Covarr.
lib. 3. variis. resoluit. cap. 13. num. 4. vers. Ultima conclusio.
79 Et ob eam rationem scripsit respondit Sacra Congregatio
decreto *dist. cap. 12. vers. Distributiones*, sess. 24. etiam
immemorabilem consuetudinem fuisse sublatam, ut plenius
parebit infra in dicatu materia.

Ampliatur secundo, ut locum habeat etiam ex statuto
Ecclesie cautum sit ut distributiones debeantur in absentia.
Ejusmodi enim statuta expressè sublata sunt à concilio in d.
c. 12. §. *Præterea* sess. 24. ibi, *enajstibet statuti*, ut dicitur
est supra in primo membro principali in tertia ampliatione.

Hinc inferitur ut de rigore juris non valeat statutum ut
Canonici qui diu interfuerint habeantur, ut ajunt pro Jubilato.
Et hoc fuit sacre Congregationis sententia licet Gregorius
XIII. in speciali causa Ecclesie Compollanensis dixerit
tolerandum esse hoc statutum. Nam cum in prædicta Eccle-
sia extaret statutum ab immemorabili tempore observatum,
ut postquam Præbendatus annos quadraginta in Ecclesia horis
divinis interfuerint & interfuerint continuo, habeatur pro
Jubilato in eo loco, ita ut sit exemptus à servitio & loceret
distributiones quotidianas penales ac si residere & interfuerit;
fuit dubitatum an esset validum. Sacra Congregatio
censuit hujusmodi statutum esse sublatum à Concilio in cap.
12. sess. 24. tamen referendum ad Sanctissimum, qui dixit
tolerandum esse hoc statutum & ita scriptum fuit.

Ampliatur tertio, etiam absentibus interveniunt per substiti-
tutum: nam nihilominus distributiones quotidianas non lucran-
tur, nec valet contraria consuetudo. Nam in d. c. 12.
omnes divina per se & non per substitutos tenentur obire
officia Ecclesiastica & Sac. Congregatio declaravit etiam
Dignitates per se ipsas debere celebrare Missas, sicut cetera
officia, nec valere contrariam consuetudinem.

Dixit tamen debere Episcopum concedere facultatem ca-
pitularibus sese invicem substituendi in servitio tum Eccle-
siae, tum Chori; dum tamen non sit temporibus substituantur,
quibus servitio Ecclesie adhiçti sunt. Sed circa intel-
lectum hujus declarationis, vide quod scripsi capite. *Cum*
omnes, num. 28. supra de *Constitut.*

Ampliatur quarto, ex sententia Sac. Congregationis, ut
etiam servanda sit consuetudo, secundum quam qui non sunt
Presbiteri, licet interfuerint, non tamen distributiones lucrantur.
De quo vide quod scripsi in cap. *Cum omnes*, 27. & n.
56. de *verbor. signif.*

Ampliatur quinto, ut eodem modo servanda sit consue-
tudo, secundum quam de massa communi nullus Presbiter
participat, nisi per annum gratis Ecclesie interfuerint. Hanc
enim consuetudinem responsum est nec decreta *dist. cap.*
12. sess. 24. nec constitutione Pii V. incipiens, *Durum nimis*
fuisse sublatam. Quin in d. Ecclesia Andriensis, extat statu-
tum à capitulo Ecclesie conditum absque confirmatione
Sedis Apostolicæ, quo cavetur ut Clerici recipienti in dicta
Ecclesia ad aliquem ordinem non ascendant, nisi de licentia
capituli; & sic ordinati teneantur in quolibet ordine gratis
per biennium interfuerint, quo elapso distributiones & fructus
percipere possunt juxta consuetudinem dictæ Ecclesie. Et
orta controversia an Presbiteri provisi de dignitate Canto-
ratus in dicta Ecclesia teneantur gratis interfuerint prout in
dicto statuto continetur vel esset admittendus ad percipien-
das distributiones & fructus non expectato lapsu biennii:
Sac. Congregat. censuit dictum provisi tamen expectare
ad inter aliorum.

Ampliatur sexto, ut nec sufficiat horis canonicis in choro
legere, aut submissa voce recitare, oportet enim psallere
alta voce ut articulo diligenter discussio in canonice Ballice
S. Petri de Urbe declaravit S. Congregatio. Nam proposita
controversia, an statibus Ecclesie constitutionibus quarum
exemplum datur in necessariis & decreto Concilii Trident.
cap. 12. sess. 24. vers. *Omnes vero* & consuetudine Eccle-
siae, etiam post Concilium, ut Canonice Beneficium & clerici in-
terfuerint Antiphonas, inchoent Psalmos, Hymnos, invitariorum
decantent versiculos, orationes tam ad Missas, quam ad om-
nes horas; decantent lectiones ad matutinum & capitula fe-
sationes breves ad omnes horas recitent confessionem & ab-
solutionem & fugarum, in Missa solenni quæ quotidie can-
tatur, officio Sacerdotum Diaconi & Subdiaconi, Acclitici &
& pariter in officio Mortuorum, in cantando eorum psalmos
& responsoria &c. non solent nisi ad libitum autem aliqui
cantoribus & capellanis qui officia divina decantant, suas
voce adijungere, plerique verò silete & adhibere: Et statu-
tibus Bullæ Johis II. & aliorum & novissime Gregorii XIII.
Sixti V. quibus approbatur usus cantorum, & capellanorum
ad dicendum in choro cum clausula tamen ut canonice benefi-
ciari & clerici non per hoc à functionibus suis abdicantur,
an possint & debeant cogi omnes canonici & beneficiari &

clerici ad alta voce in choro psallendum & decantandum
horas canonicas.

Die 12. Novemb. 1592. propositum fuit supra scriptum
dubium in Congreg. cui interfuerint decem Cardinales. Et
cum fuerit dubium plene discussum, octo Cardinales fuerint
illius sententiam, Canonice Ballice S. Petri cum ex
dispositione juris communis, tum etiam ex decreto Concilii
cap. 12. sess. 24. & ex Constitutionibus ipsius Ballice teneri
ad psallendum in Choro.

Ampliatur septimo, ut nec liceat Canonice puncturas
sibi mutò remittere, aut condonare; obstat enim huic re-
missioni tam juris communis dispositio, ut post Archid. notat
Joan. Andr. ad gl. in d. cap. *unic. in ver. Suis*, de *Cler.*
non resid. lib. 6. quam Concilii Trid. in d. c. 12. §. *Distri-*
butiones vero, sess. 24. ibi, *Reliqui quavis collatione, aut*
remissione excludi his careant.

Unde cum fuerit quæritum an Canonici possint mutuum
remissionem puncturarum facere, responsum est non posse,
imò debere Episcopum illas portiones quas Canonici sibi in-
vicem remiserint in potum fraudis applicare fabricæ Eccle-
siae, vel alteri pio loco. Alias tamen dictum fuit posse Cano-
nicos, postquam portiones non residendum perciperint
illas quibus placuerit, dare.

Ampliatur octavo, principalis conclusio, ut vendicet sibi
locum etiam in absentibus ultra tres menses à Concilio per-
missos. Nam est eo tempore percipere possunt fructus præ-
bende, non tamen lucrantur distributiones quotidianas;
quia hic casus non est de exceptis in Constitutione Bonif. cit.
VIII. in novata à Concilio in d. c. 12. vers. *Distributiones*,
sess. 24. Imò hoc procedit non obstante contraria consue-
tudine etiam immemorabili, ut scripsi plene in e. *Cum omnes*,
n. 22. supra de *Constitut.* Item procedit non obstante contrario
statuto Ecclesie à Canonice jurato. Ideoque cum in Eccle-
sia Eborensi extaret statutum à Canonice conditum, & in-
ter alta ejusdem Ecclesie statuta generaliter juratum, per
quod licebat Canonice per centum dies quolibet anno à sua
Ecclesia abesse, & nihilominus distributiones quotidianas lu-
crari, & dubitatum esset an hoc statutum esset sublatum à
Concilio c. 12. sess. 24. Sac. Congreg. censuit quoad quoti-
dianas distributiones nec quidem in tribus mensibus à Con-
cilio permissis posse quæquam Canonice cas in absentia
lucrari. Quod verò attinet ad quæritum, an statutum il-
lud juratum cessare sublatum; censuit esse sublatum,
quævis juratum; Tum quia lex generalis tollit statuta,
Ergo & juratum, quia juramentum fuit generale, non spe-
ciale ad illud statutum; Tum quia statutum factum est à solis
Canonice qui nullam potestatem habent ita statuendi. Quin-
imò per contrarium si adit consuetudo ut absentes illis men-
sibus amittant etiam fructus matæ et prole à distributionibus
distinctæ; responsum est consuetudinem esse laudabilem, &
observandam.

Ampliatur nono, in absentibus à loco beneficii tempore
pellis; nam est fructus prebende percipiendi, non tamen
habentur distributiones quotidianas, nisi ex consuetudine ob-
tinentur sit ex absentibus ex iusta causa dari. Contigit hic casus
Paravi; nam pelli ibi serviente quidam Canonice, qui
diu absentem à servitio Cathedralis, petebat distributiones
quotidianas, quippe qui abfuerint ex iusta, & rationabili
causa. Sed cum exteri Canonice, qui residerent, sibi deberi
contenderent, Sacra Congregatio censuit Canonice, qui
causa pelli abfuerint, non debere quotidianas distributiones,
nisi probetur consuetudo legitima, quod distributiones hujus-
modi darentur absentibus ex iusta causa, prout etiam decidit
Ripa de *peste de privileg. contr. 13. vers. Quinta, post num.*
143. 144. 145. & sufficere ut probetur consuetudo, quæ ab-
sentes ex iusta causa percipiunt distributiones quotidianas.
Sequitur prælegatum Ripæ responsum etiam Covarr. *lib. 3.*
variis. resoluit. c. 13. n. 8. vers. Non hinc faciliter.

Ampliatur decimo, etiam in Canonice absentibus studiorum
causa, quibus debentur fructus prebende tantum, non tamen
autem quotidianæ distributiones, ut hic est casus ad litteram.
Quod tamen ex sententia S. Congreg. locum habet si Cano-
nicatus habeat fructus à distributionibus distinctos; Sepis
vero hic redditus omnes in distributionibus consistant, quia
tunc studiorum causa absentes lucrantur duæ tertias illarum
partes amissa alia tertia, quæ interfuerintibus accrescit, ut la-
tius dicam infra in *prima* sess. n. 124. & seq. & n. 129.
Idque declaravit habere locum tam in doctibus, quam in
studentibus.

Ampliatur undecimo, etiam in Episcopo Canonice, qui
absit ex causa visitationis suæ Diocesis, non enim eo tem-
pore lucratur distributiones quotidianas, non enim eo tem-
pore, de *Cler. non resid. lib. 6. ibi, evidens Ecclesia utili-*
tas, intelligitur de utilitate Ecclesie particulari, de cujus
distributionibus agitur, ut scripsi post infra n. 160.

Unde propositio hoc dubio an Episcopi oblatantes Cano-
nicatus, & prebendas in eorum Ecclesiis possint, & debeant
gaudere fructibus, & distributionibus quotidianis durante

tempore visitationis suorum Episcopatum. S. Congreg. cen-
suit Episcopum pro tempore, quod visitat, non debere percipere
distributiones quotidianas dari solitas tantum interfuerint
tibus, juxta, c. *unicam*, de *Cler. non resid. in 6. & Concil.*
Trid. sess. 24. c. 12.

Ampliatur duodecimo in familiaribus Papæ, qui non ob-
stante constitutione contraria, præbendam suarum fructus
percipiunt in absentia, sed non quotidianas distributiones, ut
est casus in dicto cap. *Cum dilectus*, junctâ glof. omnium
consensu approbata in verbo, *fructus*, de *Cler. non*
resid.

Ampliatur decimotertio, in habentibus privilegium Apo-
stolicum percipiendi fructus beneficiorum suorum in absentia,
quibus similiter debentur fructus prebende tantum, non au-
tem distributiones, ut hic est textus secundum unam lectu-
ram. Item textus in e. *final. de rescriptis in 6. & tradit*
Covarr. lib. 3. var. resch. c. 13. n. 2. vers. Quibus à dispensatur.
Imò hoc vendicet sibi locum etiam in rescripto Papæ præ-
cipiatur, ut absenti tribuantur fructus beneficii, ac si presentis
esset, nam nihilominus ex hoc est distributiones non debentur,
ut notat glof. in d. c. *unic. in ver. asserunt*, quam di-
cit ab omnibus approbaram; Covarr. *loc. cit.* Nam harum
distributionum ea est propria natura, ut debeantur his tan-
tùm, qui verè interfuerint divinis officii, non autem his qui
siste residant, aut juris interpretatione, c. *De cetero*, de
Cler. non resid. Covarr. *cod. n. 2. vers. nam. harum distri-*
butionum. Secus esset si in rescripto dicebatur, penadè ac si
divinis interfuerint, secundum gloss. præleg. quæ propter
admonet imperantem, ut sit casus, & secundum hanc
formam interpretet, si potest, licet subdat, non memini vi-
disse talem formam ab Apostolica Sede mansisse; si tamen da-
retur, esset martus casus exceptus, scilicet ex privilegio
Apostolico. De hoc infra num. 104.

Ampliatur decimoquarto in Canonice familiaribus Episcopi,
quibus debentur fructus prebende tantum, non autem in
absentibus fructus prebende tantum, non autem quotidianas
distributiones, casus est in cap. *De cetero*, & in cap. *Ad au-*
diendam, de *Cler. non resid.* nisi redditus universi distribu-
tionibus consistant, ut dicam infra in 124. & seq. & scripsi
latius in d. cap. *De cetero.* Hinc censuit Sac. Congregatio
duos Canonice associantes Prelatum volentem quandoque
audire Missam in Ecclesia non Cathedrali Civitatis; non
posse participes esse quotidianarum distributionum.

Item censuit statim consuetudine, ut Episcopo in Cathedra
drati etiam non Pontificaliter celebranti duo Canonice assis-
tant, hos Canonice ad hoc tenent, si sit consuetudo legiti-
me præscripta. Ceteram sive consuetudine adactor, sive volen-
tes, ubi adhiert percipere distributiones quotidianas
nequaquam debere.

Item censuit distributiones non lucrari Canonice interfuerin-
tes Episcopo in visitatione Diocesis, aut in Memorialibus ve-
landis, aut in examine ordinandorum & promovendorum ad
beneficia, vel qui Seminario præfident, aut in cognitionibus
S. Officii adhibentur. Quinimo Archiepiscopo Januensi præ-
sente, ut duo Canonice eum comitantes in visitatione Dio-
cesis peregrare possint in percipiendis quotidianis distributionibus
juxta antiquam illius Ecclesie consuetudinem, censuit
non concedendum.

Item propositio dubio, an Canonice Cathedralis Ecclesie, et
qui mune & Vicarii Episcopalis fungitur, distributiones quoti-
dianas debeantur, etiam horis divinis non interfuerint, præferim
cum à tempore immemorabili observatum sit ut debeantur;
respondit non debent.

Ampliatur 17º in Canonice qui electus fuit juxta vel
vigore commissionis si in evidentem vel vigore litterarum re-
missiviarum vel compulsiviarum, & id genus sub electis ju-
dex Sinodalis, qui nisi ab eis pro exequendis sibi commissis,
ex sententia S. Congregationis perdit distributiones, nec po-
test ad illas admitti, & idem responsum in Canonice assistente
Congregationi rerum spirituum ad regimen & directio-
nem Ecclesie spectantium.

Amplius decimo octavo in Canonico legitur, & sermo-
nante ex debito sui officii, cui similiter responsum est de-
berit fructus prebendam, sed non distributiones.
Unde cum obtinens prebendam Theologalem in Ecclesia
135 Anagnina quiescit ad S. Cong. eg. an tenetur ad interveni-
endam in Choro divinis officii cum aliis Canonice, prout in
diebus festis, in quibus non legitur, S. Congreg. censuit
posse excusari ab hac onere, & nihilominus percipere
fructus sui beneficii, exceptis quotidianis distributionibus,
ad cap. super specula de Magistris.
Item contenta, an e. i. j. v. Docentes, habeat lo-
cum in doctibus in Ecclesiis, ut quamvis a servitio Chori
ablinat, possint tamen percipere fructus suorum Canonice, cum
136 exceptis quotidianis distributionibus, respondit habere. Verum
diebus, quibus leguntur habendi sunt licet presentes in
Choro, & intercessentes, ut declaravit Gregorius XIII.
137 Et hanc hac declaratione suborbo dubio an censenda sit
etiam preterea matutinis, que ex antiqua Ecclesie consuetu-
dine dicuntur vespere precedenti pro die sequenti, respon-
sum est non censeri.
138 Amplius decimonono, in Canonico celebrante Missam
devotionis causa, quem similiter responsum est distribu-
tionem non lucrari, nisi celebraverit ex onere sibi injuncto.
Et alius de officio Canonice, ubi celebrantes submissa voce
diem divina celebrantur, distributiones tamen percipere non
debent, nisi illa hora ad celebrandum Missam ab eo, ad
quem pertinet, compulsi fuerint. Idem responsum de Cano-
nicis, qui abstant a Choro, ut celebrant in Capellis, in qui-
bus tenentur Missas celebrare, vel devotionis gratia, qui non
debent percipere distributiones illius horae. Quod si per-
missu superioris id facerent, admonendum esse superiorem
ut abstinere ab his licentis concedendis.
139 Amplius vigesimo in peregrinantibus devotionis causa,
quos tamen non lucrari distributiones declaravit S. Congreg.
140 Verumtamen ex gratia censuit posse concedi, ut tribus men-
sibus libere causa absentis distributiones quotidianas perci-
piant, et tamen ut Episcopi sit arbitrium quanta pars Cano-
nicorum eodem tempore possit abesse.
141 Amplius vigesimo primo in obtinentibus ex legitima dis-
pensatione Parochialem cum Canonice, vel Dignitate, et
tenentur enim residere in Parochiali, & sic residentes lucrantur
fructus, ac reddunt omnes Canonice, vel Dignitatis, ex-
ceptis dumtaxat distributionibus quotidianis, ut diversis ver-
bis cavetur in Bulla Pii V. superius relata n. 67. & superius S.
Congreg. declaravit. Quae tamen consulta an habens Paro-
chiam, & Canonice, excludatur a servitio Canonice.
142 Rursus, censuit non excludi, dummodo omnibus diebus, & horis
prius debitis Parochiali interfuerint, ut nihil prorsus depre-
cat debito servitio Parochiali.
Amplius vigesimo secundo in obtinente duos Canonice
ex dispensatione Apostolica, qui ex sententia S. Congreg.
143 privatim distributionibus illius Canonice, cui non
deservit. Quia immo proposito dubio, an obtinens dignitatem
cum Canonice, seu portione in eadem Ecclesia, teneatur
per seipsum utriusque beneficii onera subire, ita ut non satis-
faciat Concilio deservendo personaliter in dignitate, per
substitutum vero in Canonice, seu portione, non obstantem
contraria Ecclesie consuetudine etiam immemorabili, Sac.
Congreg. censuit teneri, nec aliter Concilio satisfacere,
quam si personaliter utriusque beneficio deserviat, nisi servitia
ita simul concurrant, ut ab una persona eodem tempore
prelari nequaquam possint.
Fallit tunc conclusio supra firmata, n. 76. Primo, si Ca-
144 nonici non habeant prebendas distinctas, nec fructus grossos,
sed universi Capituli redditus solum distributionibus contentent,
tunc enim absentes in casibus expressis in iure, puta studio-
rum causa inspecta iuris communis dispositione illas lucrantur
integre, textus est in e. Olim, infra de verb. signific. se-
cundum intellectum, quem dicunt verum esse, Hostien. n.
3. & Joan. Andr. n. 2. & plenius probavi ibid. in §. notab.
& tenet glof. pen. vers. Et ad hoc faciat, & vers. Sed quid
dicit, in e. unice, de Cler. non resid. lib. 6. quam ibi sequuntur
Gemin. §. Qui verbis n. 14. Franc. n. 8. & reliqui omnes.
Idem tenet glof. nostra hic omnium consensu approbata.
Ratio est. Tum quia cum iuxta Sacros Canones non datur
Canonice sine prebenda, e. Relatus, & e. Dilectus il primo,
supra eod. consequens est, ut distributiones, in quibus uni-
versis redditus consistunt, succedant integre in locum pre-
bende. Tum quia alias privilegium esset inutile, si absentes
in casibus privilegiatis illas non perciperent, quas duas ratio-
nes assignat glof. preallegata in d. e. unice.
Hinc orta dubitatio, an cum Canonice Ecclesie Ca-
145 nonicis omnes redditus in distributionibus quotidianis con-
sistant, distributiones ipse pro prebenda sint intelligende,
ut sit locus erectionis prebende Theologalis iuxta e. i. j. §. 5.
S. Congreg. censuit ita esse intelligendas, quia cum omnes
redditus consistant in distributionibus, illas habentur loco
prebendarum, glof. in e. Licet, que loquitur de distribu-

tionibus, que dantur intercurrentibus tantum de preben. &
Card. ibidem.
Et quamvis Concilium, ibi, nulla vel non sufficiens pro-
videns in casu quo nulla adesset prebenda; tamen non po-
test dici non adesse prebendam cum adnot. distributiones, que
habentur loco prebendarum. Idque etiam in materia percep-
tionis fructuum in absentia sententia olim S. Congr. Nam
cum in Ecclesia Anagnina Canonice nullas haberent pre-
bendas distinctas sed tantum distributiones quotidianas, que
dantur intercurrentibus tantum, & partim sunt certae, ut illae,
que ex redditibus Ecclesie colliguntur, partim incertae, ut
mortuaria, & alia similia. Dabatur tamen in Canonice ab-
senti ex causa studiorum obtenta legitima licentia, deberentur
hæ distributiones: S. Congreg. censuit exceptis incertis
illis & quotidianis distributionibus, que tantummodo inter
eos quotidie dividi solent, qui facis interfuerint, reliquas de-
bere dari eis, qui obtenta legitima licentia, abfuerint ex causa
studiorum.
Et iterum cum fuisset dubitatum in una Narnien. An duo
Canonice intercurrentes Episcopo deberent lucrari distribu-
tionem quotidianam, si omnes redditus Capituli in illis consistant,
censuit duos Canonice vere intercurrentes Episcopo debere lu-
crari partem suam distributionum quotidianarum, ac si
presentes interfuerint Ecclesie; quia cum nullus alius red-
ditus sit, nullae distincte prebendarum, & solum sint dis-
tributiones illæ quotidianæ loco prebendarum secundum gl.
in e. 1. de Cler. non resid. in 6. debentur illis Canonice ser-
vientiibus Episcopo, ne alias privilegium daturum Episcopo,
& e. de Cetero inutile reddatur, gl. in e. Licet de preb.
Burr. conf. 42.
Amplius suborbo dubitatio, an obtinentes Parochiales
ex legitima dispensatione una cum Canonice possint percipere
distributiones, que dantur intercurrentibus in Cathedrali,
si in solis distributionibus redditus Capituli consistant; Sanc-
tissimus decrevit ex sententia Congreg. ut Canonice obtinen-
tes ex legitima dispensatione dicat Parochiales, debeant in
eis Personaliter residere. Et redditus suorum Canonice
vere consistant in distributionibus quotidianis, ita ut omnes
percipiantur de communi acervo, & nullae prorsus preben-
de distincte sint, nec datur aliquis eis, qui horis divinis non
interfuerint, possint sic residere in suis Parochialibus eos in-
tegre percipere, quod si post debitum servitium Parochialibus
suis prelitum potuerit etiam Canonice interfuerint, tunc
eos non percipient nisi quantum interfuerint. Ita inquam, sen-
tebat olim S. Congregatio.
Verum quia in illis Ecclesiis ubi nulla sunt distributiones
vel ita tenues, ut aersimiliter negligantur, Concil. Trident.
146 jubet separari tertiam partem fructuum & in distributiones
converti, que inter Dignitates obtinentes & ceteros Di-
vinis interessantes dividantur, ut in e. 3. §. 21. Pro-
terea Sacra Congregatio postea semper dixit in illis Ecclesiis
ubi redditus omnes distributionibus contentent, tertiam partem
retinere naturam distributionum: ita ut non interessentes,
illam non percipiant, reliquis duas partes succedere in
locum prebende & debent absentibus ex legitima causa,
quia de re plenius differat in dicto capite de cetero de Cler.
non resid. a num. 29. & in cap. Quia in tantum num. 34.
supra eodem.
Uterius idem juris esse censuit, si redditus Canonice
147 fere omnes in distributionibus consistant; tunc enim decla-
ravit perinde esse ac si nulli essent fructus; ac proinde ab-
sentes studiorum causa vel in servitio Episcopi aut in aliis
ejusmodi casibus percipere debere duas tertias illarum partes
amissa tertia que in servitibus accrescit.
Quomodo autem hac tenentur fructuum æstimanda sit
148 Sacra Congregatio certis limitibus generaliter non præscribit:
licet aliquando declaraverit hoc habere locum in antiquis
Ecclesiis in quibus admodum tenues erant fructus, ut Canonice
in universum triginta aureos tantum perciperent. Et alias
censuit ab fructus prebende sit ita tenues, ut quartam
partem distributionum non superent, concedi posse, si
149 Sanctissimo visum fuerit ut doctores in publica Univer-
sitate Sacram Scripturam, necnon studentes per quinque annos
duas partes lucrarentur dimissa tertiam, que ut supra accrescit
intercurrentibus.
Vidi aliquando per Secretarium Brevium expediri litteras
in quibus indulgetur absentibus studiorum causa, ut percipere
possint non tantum fructus prebende; sed etiam duas partes
quotidianarum distributionum, nulla habita distinctione an
fructus prebende sint tenues nec ne. Sed hæc clausula fortè
irrepreht per incuriam Ministrorum; nam vere duas partes
distributionum non sunt concedende absentibus ex præ-
dicta causa, nisi quando aut nulli extant fructus; aut
ita tenues, ut non habeantur in consideratione ex supra
dictis.
Fallit secundo principalis conclusio in Collegiis regu-
150 laribus quarum Canonice regulares de licentia Superiorum
percipere possunt in absentia, necdum fructus; sed etiam
distributiones

distributiones quotidianas, cum non comprehendantur in
Decreto Concil. Trident. cap. 12. §. Præterea & §. distri-
butiones, §. 24. ut dictum est supra in 1. membro princ.
in 4. Fallentia num. 63. & scripti plenius in e. ea qua, §.
Præterea de statu Monach.
Fallit tertio, si ex lege fundationis Ecclesie vel Cano-
151 nicarum, cautum sit ut absentes in aliquo casu perciperent
de distributionibus quotidianis; nam Concil. in d. e. 12.
§. 24. fundationibus non derogavit, ut dictum est supra
in 1. membro princ. in 2. fallentia num. 58. Quippe in
duobus tantum casibus Concil. legitur derogasse privilegio
in limine fundationis, nempe in e. ult. §. 25. de reg. &
in e. 6. §. 25. de reform.
152 Fallit quarto, si ex statuto Ecclesie a Sede Aposto-
lica confirmato indulgetur, ut absentes in aliquo casu simi-
liter participant de quotidianis distributionibus; nam eod.
Concil. in d. e. 12. §. Præterea tollat statuta, non tamen
tollit confirmata ex certa scientia & cum causa cognitionis,
ut patet dictum est supra in 3. fallentia primi membri
principalis num. 59.
153 Fallit quinto, si Canonice habeant indultum Apostolicum
vacandi a servitio Ecclesie & nihilominus percipiendi distri-
butiones, ut per Joannem Andream in d. cap. unice, num. 3.
in verbo & excojurer de Cler. non resid. lib. 6. quia Con-
ciliū in prædicto cap. 12. sustulit consuetudines, non
autem privilegia. De hoc supra in secundo membro in 13.
ampliatione num. 100.
Hinc cum fuerit questum, an Concilium Tridentinum
dicto cap. 12. §. 24. obtulit quominus Canonice Pistorien.
154 iuxta Indultum Sixti V. possint gaudere vacationibus per-
missis & nihilominus percipere distributiones quotidianas que
aliis de jure deberentur intercurrentibus tantum. Secundo an
sit asserenda facultas Capituli concedendi licentias ab-
sentibus quam habet ex dicto Indulto. Quoad primum Sacra
Congregatio censuit, quia Concilium in hac parte non de-
rogat privilegio, non obtinere. Ad secundum respondit non
esse auterendum, licet possit Episcopus providere ut fiat
fructus cultus Divino ex aliquo abusu, quia cum sit jura statu-
tum Indulto quoad pars Canonice abesse possit simul:
non est locum Decreto Sacre Congregationis, tribuenti hæc
facilitatem Episcopo cum consilio Capituli; & alia decla-
ratio fuit Canonice tempore permisso abesse posse absque
licentia.
Fallit sexto in Canonice qui Episcopum ad limina Beatorum
Apostolorum comitari sunt aut qui eadem iussu Episcopi
nomine visitant, quibus ex Decreto Sixti V. jubentur
assignari distributiones quotidianæ totius temporis accessus,
manibus ac reverentis quod in hæc causam intulerunt;
etique ad Ecclesiam suam revertentibus consueverunt hæc
de re dari litteræ a Sacra Congregatione Concilii.
Fallit septimo in Canonice absentibus tempore pellis,
quibus debentur distributiones quotidianæ si ex consuetu-
dine obtentum sit ut datur absentibus ex legitima causa,
ut ostensum est supra in hoc secundo membro in nota
ampliatione num. 95. & hinc limitationi suffragatur, quod
etiam consuetudine introducti non possint, ut distributiones
quotidianæ debentur non interessentibus Divinis Officiis,
ut est textus in dicto cap. unice de Cler. non resid. lib. 6.
& dictum est supra in hoc secundo membro principali in prima
ampliatione, tamen hoc non procedit si considero hoc in-
troduxerit in eo casu in quo de jure dabitur sit an distri-
butiones absentibus debentur nec ne; eo enim causa con-
suetudinem validam esse & juris ambiguitatem posse inter-
pretari ac declarari, scripserunt Baldus inter casus. Cardin.
conf. 53. Decian. in cap. cum omnia in prima causa. Cardin.
1. num. 1. de Constit. & Andreas ab Excojuratione num. 50.
Roch. de Curia in tractatu de Constit. cap. ult. fol. 15. col.
2. in 3. notab. 3. limit. & Covar. lib. 3. variarum resol.
cap. 13. numero 3. vers. prima sunt in hunc modum pro-
positi.
Fallit ultimo in tribus casibus expressis in Constitutione
155 Bonificii VIII. a Concilio innovata que habetur in præ-
allegato cap. unice de Cler. non resid. lib. 6. ubi, exceptis
illis que infirmitas seu jura & rationabilis corporalis ne-
cessitas aut evitanda Ecclesie utilitas excusant. Unde pro-
posito dubio evitanda Ordinaris posse excusare a residentia
Chori aliquem Canonice vel Capellanum ex causa legitima
jura caput unicum de Cler. non resid. in 6. sine consensu
aliorum Canoniceorum aut Capellanorum quorum interesse
videtur propter jus accrescendi, responsum est posse, si
est ex causa comprehensis in dicto capite unice, quia
illud Concilium non fuit nec requirit Capituli consen-
sum.
Primus igitur casus exceptus in quo de jure quotidianæ
156 distributiones debentur absentibus est infirmitas, ut ibi est
expressum; & tenet glof. ab omnibus approbata, ibidem
in verbo Infirmitas.
Extenditur primo hic primus casus, ut habeat locum
Fagnan. in III. Lib. Decretal.

etiam non probata consuetudine percipiendi distributiones
in absentia; neque enim admittendus est intellectus Philippo
Franchi ad illum textum eximiam ita denotare morbo
impeditis debentur distributiones, si ex consue-
tudine introductum sit, ut absentibus debeantur; imò enim
etiam circumscripta consuetudine debentur infirmis, ut clarè
probat in d. cap. unice, ubi a requia qua permittitur
de distributionibus quotidianis in absentia non percipiendis:
excipiuntur primo loco in quos infirmitas excusaverit. Idem
probat textus in lege Arboreus, §. de illo ff. de usufructu,
per quem textum glof. ibi adnotavit famulo debere salu-
rium etiam pro eo tempore quo agrotus sit, quod etiam
censuerunt Innoc. Joannes Andreas & Barbosa in e. 3. de
lit. num. 25. ad idem textum in lege 4. §. Stichus si
hered. ff. de statu lit. ubi conditio fervendi certo tempore
censetur eventus, si eo tempore servitium imponi non
potuit morbo impediendo; & optimus textus in lege 1.
§. Diversi, ff. de var. cognit. & est communis opinio, ut
in d. e. 3. testator Joannes de Imola num. 13. & quodquid
sit in famulo in quo contrariam opinionem dicit esse ve-
riorem. Imol. eodem num. 13. & communem Abb. in e.
1. num. 8. infra de Cler. agrot. quia titulum non habet;
sed tantum locat operas suas & potest ad nutum amoveri;
certè in Clerico intrulato hæc sententia non est omnino
applicanda; atque in distributionibus quotidianis debent
Canonice qui legitime impediti Divinis Officiis inter-
esse non poterunt, etiam nulla existente consuetudine,
explosa contraria Philippo Franchi interpretatione, con-
cludit post alios Covar. dicta lege 3. var. resol. c. 13. n. 8.
vers. ergo contrariam sententiam opinionem; & hoc servat Curia,
ut mox patebit.
Extenditur secundo, ut habeat locum non obstante statuto
138 Capituli, ut agrotus vel ex quavis causa absentibus non
dantur distributiones; hujusmodi enim statutum Sacra Con-
gregatio censuit non esse confirmandum, cum sit irritabile
& contra bonum Ecclesie, ut probatur in e. 1. de Cler.
agrot. ibi, quia si alii ejus essent exemplo deterriti, forte
non possent qui militare Ecclesie inveniant.
Extenditur tertio, ut procedat etiam in quoad portionem
accrescentem; nam ex sententia Sacre Congregationis hæc
139 quoque percipere debet Canonice infirmus, ut scripti
plene in capite 1. in secunda questione infra de Clericis
agrot.
Extenditur quarto, ut nec tempus quo Canonice fuit in ad-
140 firmus, sit computandum pro tempore vacationum, ut Sacra
Congregatio declaravit, quod tamen intelligi, ut dicam infra
num. 149.
Extenditur quinto, ut habeat locum etiam in his qui
141 sine periculo vix Divinis interesse non possunt, unde cum
Canonice propter primis horis ac matutinis non interesset
quid Medici artebantur id fieri non posse abque im-
minenti vix periculo, data fuerunt litteræ ad Ordinarium, ut
pro suo arbitrio distributiones illius temporis eidem Canoni-
co concederet.
Extenditur sexto, ut habeat locum etiam in Canonice
142 qui tempore podagra ita infirmate videri impeditur, ut
horis Canonice nequeat interesse, hinc etiam debent quodi-
tanas distributiones censui Sacra Congregatio.
Extenditur septimo, ut procedat etiam in coeco qui sicut
143 non tenetur horas Canonice recitare, Angel. in verbo hora
num. 9. vers. utrum non habeat libram vel curam vixi. Tabien.
in eodem verbo num. 20. Silvestr. num. 5. vers. tertiam:
ita nec Choro interesse & nihilominus percipere debet quodi-
tanas distributiones, ut Sacra Congregatio declaravit; &
144 scripti plenè in d. e. 1. de Cler. agrot. & videtur non
obscure sensisse Petr. Rebuff. conf. 26. num. 15. ubi respon-
ditur excusatum non esse nimis impedimentum quam alias
infirmitas; & loquitur ad effectum eod. unice de Cler. non
resid. in 6. quod ibi allegat. Simili modo Sacra Con-
145 gregatione consultata a coecis privet aliquem eo voto quod
alias haberet, si coecus non esset: respondit non privare,
facit textus in e. Licet de censib. & lege 1. cod. qui morbo se
excusat. lib. 10.
Extenditur octavo, ut locum sibi vindicet etiam in senio
146 confectis quibus Sacra Congregatio declaravit quotidianas
distributiones debent, si alias residere sint soliti: ad hoc
cap. 1. §. Veritas ibi: senio aut valetudine corporali gra-
vatus, de Cler. agrot. lib. 6. & cap. Peruenit, in d. e. unice
num. 17. de Cler. non resid. lib. 6. ratio est quia est talis
propria culpa sint impediti, hoc tamen impedimentum nec
L 2

à jure nec ab homine, sed ab ipso Deo illatum est, confert textus optimus in c. cum percussio 7. quast. 1. ubi Gregorius cum percussio inquit, corporalis immittit utrum pro purgatione...

148 Declaratur modo hic primus casus, ut procedat, dummodo Canonici infirmus, dum integrè valetudine iteretur, solitus esset Divinis Officiis interesse...

149 Concilio permittit, in morbum incidit, Sacra Congregatio censuit illius temporis distributiones non deberi, quia ageritudo non fuit causa non interessendi...

150 ex Capituli licentia, ut votum impleat atque ibi in ageritudinem lapsi fuerint ex gratia concessa à Sanctissimo ex Congregationis Sententia omnes distributiones illius temporis quo ab Ecclesia abuit.

Secundus casus exceptus in d. cap. unico in quo debentur quotidianæ distributiones in absentia, est juxta & rationabili corporalis necessitas, ut si potionem vel medicinam sumpt; vel sanguine minus est, ut ibi exemplificat Archid. & Joannes Andreas in verbo corporalis necessitas...

151 in eodem verbo & ceteri omnes. Hinc inferitur ut Canonici expulsi à Civitate propter seditiones obique sua culpa à contrarie factionis hominibus integrè percipere debeat quotidianas distributiones, ut pluribus probat Joannes Andreas in d. cap. unico num. 1. vers. sed querit ipsi & ex facto respondet Calder. conf. 17. in tit. de presb. quem fecerit sunt Felin. in cap. cum omnes num. 22. de Constit. & Philipp. Prob. in d. cap. unico num. 22. & quamvis Covarr. in d. cap. 13. num. 8. vers. Decimo, eadem ratione existimet hoc verum esse, dummodo distributiones ex consuetudine...

152 debeantur absentibus ex justa causa; hæc tamen declaratio admittenda non est, quia textus in d. cap. unico sub unica verborum structura exceptis casus infirmitatis, corporalis necessitatis & Ecclesie utilitatis, ut ibi in vers. exceptis. Ergo debet singulos equaliter determinare, lege Quamvis, cod. de impub. lege jam hoc jure, ff. de vulg. & pupil. textus in lege fin. ubi Bart. cod. de jent. Dec. in cap. novit, num. 56. de judic. sed ex causa infirmitatis absentibus lucratur distributiones, etiam si talis consuetudo non extet; idque itemmet Covarr. fatetur contra Philippum Francum, ut dictum est supra in prima extensione num. 136. ergo idem dicendum in absentibus ex causa corporalis necessitatis vel utilitatis Ecclesie; & ad textum in c. cum non deceat de electione libro 6. responde ut dicam infra in tertio casu num. 159.

153 Hinc etiam inferitur ut injustè detentis in carcere debeantur distributiones quotidianæ, pendente ac si Divinis interessent, ut concludit Joannes Andreas in d. c. unico, num. 1. vers. Idem si ut detineretur per cap. Bona il primo de elect. & cap. Quoniam quidem vers. Si quis verò 18. dist. licet Covarr. in d. cap. 13. num. 8. vers. undecimò: hoc restringat ad Canonici injustè coniectum in carcerem in eodem loco, ubi Ecclesia sita est & minus bene, quia

rationes Joannis Andree militans ubi locorum Canonice sine sua culpa vi detinetur. Neque hæc distinctionem adhibuit Sacra Congregatio Concilii; sed generaliter orà dubitatione, an distributiones quotidianæ lucratur si qui indebitè coniectus in carcerem fuerit, censuit lucrari; fructus autem præbende sui massæ proflie ei tandè debentur quamdè per Sententiam fuerit declaratum, justè illum in carcere detineri.

Item censuit distributiones deberi Canonico absentè, ut 154 injustam Judicis vexationem redimeret. Item citato ob causam criminalem, qui se innocentem exhibuit, ac propterea à servitio Ecclesie abuit, licet ex statuto Ecclesie ab 155 sentes per sex menses universam illius partem amitterent. Sed & canonicum qui de crimine inquisitus & condemnatus fuit appellavitque & fuit absolutus per tres sententias conformes vel unam, quæ in rem judicatam transierit, censuit debere utique percipere nedum fructus, sed etiam distributiones quotidianas totius temporis, quo propter eam causam horis canonicis non potuit interesse. Demùm censuit canonicum excommunicato, ac postea per sententiam absolutò, quæ in rem judicatam transiit, deberi distributiones quotidianas & si quæ alia sunt emolumenta quæ ab 157 infirmis percipi consueverunt. Quippe injustè excommunicatorum repetere posse fructus medietempore tradit gl. fin. in c. Super causa, 2. qu. 4. item gloss. fin. in c. Passaralis, § Verum de appellat. & ibi Imola Abb. & DD. communiter, ut Dec. testatur Gemin. in c. Contumaces, 50. dist. 8. & Felin. in c. Apollonica, num. 12. de except.

Tertius denique casus exceptus in d. c. unico, de Cler. non 158 residet, lib. 6. in quo distributiones debentur non interessentibus, est evidens Ecclesie utilitas. Ad idem textus in cap. ex parte, il. secundo, cod. tit.

Sed huic decisioni signatur contrarium in d. c. cum non de 159 ceat, de elect. lib. 6. ubi illi qui prosequuntur utilitatem Ecclesie distributiones percipiunt, cuius opportum deciditur in d. c. avaro Pro conciliatione harum decretum datur à glossa & Doctores plures solutiones. Prima solutio est Archidiaconi in d. c. unico dicens illam decretalem loqui in Ecclesiis in quibus est consuetudo, ut absentibus illis recipiant; contrarium in Ecclesiis, in quibus non est talis consuetudo.

Secunda solutio est glossa in d. c. unico in ver. Utilitas, quod canonici non teneantur distributiones talibus concedere ut in d. c. cum non deceat, tamen si concesserint, recipientes non teneantur ad restitutionem ut in d. c. unico.

Tertia solutio quam refert glossa præallegata est illorum qui dicunt textum in d. c. cum non deceat, loqui in absentibus à loco Ecclesie; textum verò in d. c. avaro, loqui in presentibus, ita ut presentes in loco, qui prosequuntur utilitatem Ecclesie, distributiones percipiant, licet divinis non interessint & absentibus minime. Et hæc solutionem sequitur Ripa in tractat. de Peste, in secunda part. numer. 145. & Covarr. d. lib. 3. variorum resol. cap. 13. num. 8. vers. Celavus non tantum agror.

Veram Sacra Congregatio Concilii examinatis singulorum opinionibus & articulo diligenter discussio, intellexit textum in d. c. cum non deceat, in eo casu in quo ex consuetudine absentibus ob Ecclesie utilitatem non percipiunt distributiones, sed non probata hujusmodi consuetudine censuit absentibus ob evidentem Ecclesie utilitatem distributiones lucrari pendente ac si divinis interessent, juxta textum in d. c. unico. Ex congregationis sententiam factæ mem. Paulus V. ad se relatum approbavit.

Ceterùm hæc conclusio intelligenda est procedere dummodo absentia contingat ob utilitatem Ecclesie in specie, de cujus distributionibus queritur, ut formaliter inquit Joann. Andr. in d. c. unico, num. 3. vers. Item intelligendum de Cler. non residet, lib. 6. allegat cap. Cum dilectus & cap. De cetero eodem tit. & textum hic & sequitur ibi Petr. de Anchar. num. 4. in 5. notab. Secus si absentia contingat ob utilitatem alterius Ecclesie particularis vel Ecclesie generalis. Et hæc est ratio cur distributiones non debeantur canonicis existentibus in servitio Papæ, ut dictum est supra n. 99. licet censentur servire Ecclesie universali, d. c. Cum dilectus, ibi, Qui circa nos se obsequiales exhibent universis de Clero non residet. nec absentibus in studio sacre pagine, ut hic, quamvis hæc quoque causa concernat utilitatem universali Ecclesie, ut probatur in c. fin. vers. Qui cum dicti fuerint, infra de magist. in cap. Super specula vers. Quia verò Thologia studium, cap. Ne Cler. vel Monach. & melius, in cap. cum ex eo, ibi, In grande universalis Ecclesie, que viris literatis per maxime nascitur intelligere, dissentium & jacturam de elect. lib. 6. Unde canonicus 161 secretis Regis Portugalie in rebus Ecclesiasticis eadem de causa absentibus fuerint quidem concessæ distributiones, sed ex gratia & de consensu capituli vel majoris partis. Item Ar. 162 chidiseo habenti tantum jus presidendi in Choro, nullum tamen servitium & hebdomadam dum residet in aliquibus locis

ris sicut Archidiaconi jurisdictioni subiectis, decessum est non debent distributiones quotidianas, decessum est non debent distributiones quotidianas, ac eas igitur percipiendas requiritur utilitas particularis Ecclesie, de cujus distributionibus agitur, ut prædixi.

161 Ex hoc tertio casu inferitur primò, ut absens propter exercitium curæ animarum suæ Dignitatis vel canonicatus incumbens, quo tempore illam exercet pro præsentè habeatur & quotidianas distributiones lucratur ut expressum in decreto Concilii Trident. cap. 3. vers. Quod si alieni, sess. 22. Undè orà dubitatione an Archiepiscopo Cathedrali absentè propter servitium curæ animarum distributiones quotidianæ debeantur, Sac. Congregatio censuit deberi. Et iterum cum fuerit questum an habeatur tanquam presentè in Choro qui curam animarum exercet imminet Ecclesie Cathedrali, responsum est haberi, dum tamen sint in actu administrandi Sacramenta vel alia exercet que spectant ad ipsam curam. Et aliis responsum, obtinentes Dignitates quibus immittit cura animarum, si redeant in suis Ecclesiis, lucrari distributiones, dummodo per se ipsos curam aucto exercuerint.

162 Inferitur secundo, ut roferenda sint statuta Ecclesiarum, quibus declaratur Jubilari & immunes à choro qui per quadraginta annos continuis Ecclesie interfuerint. Hoc enim in utilitatem Ecclesie intelligitur esse sancitum, ut Canonici & Ministri spe immunitatis assequende ad servitium chori divitiis exhibendum aliores reddantur. Licet de rigore juris aliud dicendum sit ut patet ex dictis supra num. 31. Sæpè etiam me Secretaria indulgenti fuit Canonici septuagenariis, qui quadraginta annos continuis divites interfuerint ut tanquam bene de Ecclesie meriti, percipere valeant distributiones quotidianas licet choro non interint.

163 Inferitur tertio, ut pro presentè habeatur canonicus absens pro negotiis capituli, unde in casu contingenti censuit Sac. Congregatio canonicum, quo tempore pro negotiis capituli abuit, non debuisse onerari ut substitutum interim aleret & capitulum esse cogendum ut dicti temporis distributiones ac stipendia capellani illi restitueret.

Inferitur quarto, ut distributiones debeantur canonicis assistentibus Episcopo Pontificalia exercenti ad præscriptum dict. cap. 12. vers. Omnes verò sess. 24. tam in Cathedrali

Ecclesia, quam alibi. Censuit enim Sac. Congreg. canonicos, qui tenentur assistere & intersive Episcopo celebranti Pontificalia exercenti in Cathedrali, tenent etiam assistere & intersive celebranti & Pontificalia exercenti in alii civitatis locis, atque ejus suburbis; tuncque hujusmodi canonicus id officii Episcopo præstantes debere percipere distributiones quotidianas.

Inferitur quinto, ut obtinens præbendam Theologale in 169 diebus in quibus leguntur distributiones quotidianas lucratur ut dictum est supra, num. 136.

Inferitur ultimo, ut Canonici Penitentiaris dum confessiones in Ecclesia audit interim presentès in choro censentur, ut diversis verbis cavetur decreto Concilii Trident. cap. 8. sess. 24.

Et cum fuerit questum, an Penitentiaris sit habendus pro presentè in choro dum audit confessiones in Ecclesia; live in confessionario, five extra, responsum est habendum pro presentè eo tempore quo audit confessiones, aliis in choro divina celebrantibus.

Et rursus cum dubitatum fuerit, an Penitentiaris Ecclesie Cathedralis audiendo confessiones eorum qui non habent casus reservatos, seu eorum, qui tantum peccata venialia habent tanquam presentès in choro censentur, adeo ut percipere valeat distributiones quotidianas; Responsum habendum pro presentè; & mirati sunt Patres hujusmodi dubium excitari; Tum quia Concilium generaliter loquitur; tum quia inde præberetur occasio revelandi peccata gravia & deterrendi continent.

Ac demùm cum Concilium decerneret presentem in choro 171 censeri Penitentiarium cum confessiones in Ecclesia audit suborto dubio an etiam presentès censeri debeat extra choram puta cum capitulum comitar corpus defuncti sepulture tradendum ut eo quoque casu percipiat distributiones pendente ac si illis interesset, dictum est referendum ad Sanctissimum, quia Concilium loquitur tantum de choro; eandem tamen utroque casu militare rationem Sanctissimus declaravit videri hoc in casu voluisse Concilium Penitentiarium esse participem, & quidem à fortiori id est si in choro, multò magis extra.



DE PRÆBENDIS

ET DIGNITATIBUS.

Idem Henricus III. Episcopo Vesprimen.

CAPUT XXXIII.

Exposuisti nobis, quòd Ecclesie tuæ Canonici, diminuta ipsorum provisione à tempore Concilii generalis, cum eis ex tunc non fuerint ad eorum sustentationem concessæ capellæ, sicut antea fieri consuevit, de redditibus præbendarum suarum nequeunt sustentari, & infra. Si evidens necessitas, vel utilitas exigat, præbendas Ecclesie tuæ poteris de capellis in perpetuum annectendis eisdem (sicut discretione prævia expedire videris) augmentare; reservata tamen congrua capellarum Presbiteris portione.

SUMMARIUM.

- 1 Præbendis Ecclesie Cathedralis propter illorum paupertatem possunt annecti Capellæ, reservata ipsorum Presbiteris congrua portione.
- 2 Ubiquaque in jure sit mentio simpliciter de generali Concilio, intelligitur de Lateranensi sub Innocentio III.
- 3 Capellæ appellations quid veniat & quot sint Capellarum species.
- 4 Præbenda esse incompatibiles cum Parochiali.
- 5 Præbende Canonicales quas ob causas annecti possint Ecclesie Parochiales.
- 6 Prærogative persona quamvis interdum sit justa causa dispensandi ad plura in eam utilitatem, non tamen est justa causa annectendi unum beneficium alteri.
- 7 Unio incompatibilium ad eam non est propriè unio, sed magis quedam palliata dispensatio & reprobatæ à Concilio Tridentino.
- 8 Unio non debet Parochiali Ecclesie præbenda Canonicali nisi inter sit congrua portio pro Vicario perpetuo.
- 9 Paupertas tolerabilior est in Canonico, quam in Rectore Ecclesie.
- 10 Unio possit ab Episcopo de jure communi Parochiales Ecclesie præbendis vel Dignitatibus ob illarum paupertatem.
- 11 Secus post Concilium Tridentinum.
- 12 Unio æque principaliter Parochialis cum præbenda vel Dignitate an sit prohibita à Concilio Tridentino & n. seqq. usque ad num. 18.
- 13 Beneficium per annexionem Parochialis non fit erotum.
- 14 In Unione æque principali unus est rector utriusque beneficii.
- 15 Unio facta ab Ordinario sine causa non valet.
- 16 Canonici habens præbendam aqut principaliter unitam